



ultā egerunt qui ante nos fuerunt Sed non peregerunt
ullumq; de his restat opera multumq; prestabit
ve ulli nato post mille secula pūdet er occasio
quid ad huc docuendi.

2 uall

623
Linnaeus
Q29
.58
1758
v.1

CAROLI LINNÆI

EQUITIS DE STELLA POLARI,
ARCHIATRI REGII, MED. & BOTAN. PROFESS. UPSAL.;
ACAD. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL. BEROL. IMPER.
LOND. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOC.

SYSTEMA
NATURÆ

PER

REGNA TRIA NATURÆ,

SECUNDUM

CLASSES, ORDINES,
GENERA, SPECIES,

CUM

CHARACTERIBUS, DIFFERENTIIS,
SYNONYMIS, LOCIS.

MISSOURI
BOTANICAL
GARDEN

TOMUS I. *Sach. Ekstrand.*

EDITIO DECIMA, REFORMATA. *negat M. Wallberg.*

Cum Privilegio S:æ R:æ M:tis Sveciæ.

HOLMIÆ,

IMPENSIS DIRECT. LAURENTII SALVII,

1758.

O JEHOVA

Quam ampla sunt Tua Opera!

Quam sapienter Ea fecisti!

Quam plena est Terra possessione Tua!

S:Æ R:Æ M:TIS SUMMÆ FIDEI VIRO
CELSISSIMO ILLUSTRISSIMO *que*
COMITI

D:NO CAR. G. TESSIN,

REGIS REGNIQUE SUIGOTHICI SENATORI,
REGIÆ CANCELLARIÆ PRÆSIDI,
AD AULAM REGIARUM CELSITUDINUM SUMMO
MARESCHALLO,
EDUCATIONI SERENISS. PRINCIPIS GUSTAVI PRÆFECTO,
CANCELLARIO ACADEMIÆ ABOENSIS,
ORDINIS S:Æ R:Æ MAJEST. SERAPHINORUM EQUITI AURATO
ET COMMENDATORI, EQUITI AURATO DE AQUILA NIGRA,
NEC NON OMNIUM S:Æ R:Æ MAJEST. SVECICÆ
ORDINUM CANCELLARIO
SACRUM.

Cum quivis auctor speret se apud posteros gratiam
habere & posse secum duratura nomina educere,
AUCTORI meæ fortunæ Libellum decimò nunc offero;
ILLE me, peregrinum in patria, reducem excepit;
ILLE mihi Stipendium ab Ordinibus regni expetit;
ILLE mihi spartam Medici classici procuravit;
ILLE mihi Munus, quo fungor, conciliavit;
ILLE mihi Titulum, quo distinguor, paravit;
ILLE me ad Sereniss. Reges introduxit;
*ILLE meas errare boves ut cernis & ipsum
ludere quæ vellem calamo permisit agresti;*
quare
*cana prius gelido desunt absinthia ponto
quam immemor vivam*

TANTI MÆCENATIS

Upsaliæ 1757,
d. 24 Maji.

Cultor devotissimus
C. LINNÆUS.

*Magnus est DEUS noster,
& magna est potentia Ejus,
& potentiae Ejus non est numerus.*



RATIO EDITIONIS.

SYSTEMA NATURÆ iteratis vicibus produit.

1. Leydæ 1735 Folio imper. pag. 12. a me per J. F. GRONOVIVM.
Conspectus tantum operis & quasi Mappa Geogr.
2. Holmiæ 1740 Octavo. pag. 80. a me ipso revisum.
Auctum Animalium nomenclaturis, characteribus.
3. Halæ 1740 Quart. oblong. pag. 70. per J. J. LANGEN.
Latino-germanice, *cæterum idem cum 1.*
4. Parisiis 1740 Octavo. pag. 108. t. 1. per B. JUSSIEUM.
Adjecta nomina Gallica. idem cum 2.
5. Halæ 1747 Octavo. pag. 88. per M. G. AGNETHLER.
Nomina Germanica, cæterum idem cum 2.
6. Holmiæ 1748 Octavo. pag. 232. t. 8. auctum a me ipso.
Characteres essent. Vegetabilium. Species Anim. & Lapid.
7. Lipsiæ 1748 Octavo. pag. 232. t. 8. per Typographum.
Nomina Germanica, cæterum idem cum 6.
8. Holmiæ 1753 Octav. p 136. Vegetabilia per J. J. HAARTMAN.
At regnum Lapideum Scaræ 8:vo per MÖLLER.
9. Leydæ 1756 Octavo. pag. 226. per GRONOVIVM.
Paucissima de Avibus, Piscibus. idem cum 6.
10. Holmiæ hac editione, longe auctius factum a me ipso:
Species animalium omnium mihi cognitorum cum Differentiis, Synonymis, Locis, nominibus Trivialibus.
Methodus Animalium ex novis observatis reformata.
Piscium imprimis nova methodus cum Auctorum observatis radiis pinnarum.
Plantarum reformati characteres, emendatæ differentię variæ.
Lapidum plures species, observationes, & omnium Nom. Trivialia.
Observationes in Regna Naturæ novæ, cum introductione in Naturam.

COLLECTANEA, quæ obtinere potui, disposui; imprimis adjuvarant

S: ADOLPHI FRIDERICI Regis Museum *tom. 1.* quem edidi, & *tom. 2. Msc. de Animalibus exoticis*, quem composui.

S:æ LOVISÆ ULRICÆ Reginae Museum *Msc.*

in *Conchiliis & Insectis* stupendum, descriptionibus adornavi.

C. TESSIN Museum. Holm. 1753. Fol.

in *Lapidibus & Conchiliis* magnificentum.

C. DE GEER Museum.

Amphibiis, Insectis aliisque rarioribus dives.

UPSALIENSIS Museum Academiæ :

ex *Animalibus* undiquaque conquisitis.

STOCKHOLMENSIS Museum Academiæ Scientiarum.

Variis pulchris naturalibus scatens.

ITINERA propria : *Oelandicum* 1741, *Gotlandicum* 1741, *We-*

strogothicum 1746, *Scanicum* 1749 edita ; & *Lapponicum*

1732, *Dalecarlicum* 1734 inedita.

Discipulorum quondam meorum instituta Itinera, mihi, ab exterorum gazophylaciis remoto, proficua :

C. TERNSTROEM in *Asiam* (sed periit in *Poulicandor*) 1745.

P. KALMII in *Pensylvaniam & Canadam.* 1747.

L. MONTINI in *Laponiam Lulensem.* 1749.

F. HASSELQUIST in *Ægyptum & Palestinam.* 1749.

O. TORENI in *Malabariam & Suratte.* 1750.

P. OSBECKII in *Chinam & Javam.* 1750.

P. LOEFFLINGII in *Hispaniam & Americam.* 1751.

P. J. BERGII in *Gotlandiam insulam.* 1752.

M. KÄHLERI in *Italiam & Apuliam.* 1752.

D. SOLANDRI in *Lapp. Pitensem & Tornensem.* 1753.

D. ROLANDRI in *Surinamum & Eustatium.* 1755.

FINEM Operis obtinero, si inde

Peregrinatores dignoscant notiora antea naturalia.

Curiosi attentiores *Musea* intrantes, visa intelligant.

Docti nova, nec trita, *actis* suis inferant.

Scientia facilius *augeatur* sepositis vulgatoribus.

Nomina magis stabiliantur, imprimis *Trivialia & Generica.*

His utere L. B. donec alii plura præstantioraque sistant.

Upsaliæ 1757. Maji 24.

IN-

Docuisti me DEUS a juventute mea,
& usque nunc pronuntiabo Mirabilia Tua.

INTROITUS.

HOMO mundi intraturus theatrum quæritur *Quis* sit: *unde ortus?* e stemmate Creationis; *Quo tendat?* ad vitam beatam; *Quid hic?* intueri naturam; *Quo munere?* curiosum esse similemque quidem reliquis animalibus (quæ vorant, ludunt, pruriunt, generant, multiplicantur, dormiunt, commoda stabula quærunt, proximis sui generis inserviunt, vitam tuentur, sentiunt, percipiunt,) sed nobiliorem, utpote qui meditatur, ratiocinatur, miratur pulchrum sapientis opus Artificis. O quam contempta res est homo, nisi supra humana se erexerit! Quid enim erat cur in numero viventium se positum gauderet? an ut Cibos & Potiones percolaret? ut hoc corpus casurum periturumque sarciret? quæ tanta necessitas in fundum telluris intimæ hominem merfit, ut oblitus dierum, oblitus fortunæ melioris, ab hoc se averteret? Puto certe multos ad sapientiam perventuros, nisi superbia magnæ fortunæ inflati, putassent se pervenisse; sapiens utique est, qui fines respicit.

Finis Creationis telluris est gloria DEI ex Opere Naturæ per Hominem solum.

Tanto igitur magis nosse Naturam opere pretium, quo nullum majus est! neque enim quidquam habet in se hujus materiæ tractatio pulchrius, cum multa lateant futura usui, quam quod hominem Magnificentiâ sua detinet, nec mercede, sed Miraculo colitur!

Quota enim pars operis Tanti nostris oculis committitur, & quam multa, præter hæc, quæ vidimus, in secretum eunt nunquam humanis oculis orientia; neque enim omnia **DEUS** humanis oculis nota fecit. Multa etenim sunt quæ esse audivimus, qualia autem sint ignoramus! quamque multa hoc primum cognovimus sæculo! & quidem multa venientis ævi populus, ignota nobis, sciet! multa sæculis tunc futuris, cum memoria nostri exoleverit, reservantur; veniet tempus, quo ista quæ nunc latent, in lucem dies extrahat & longioris ævi diligentia. Rerum enim Natura sacra sua non simul tradit; initiatos nos credimus, in vestibulo ejus hære-

mus; illa arcana non promiscue, non omnibus patent! reducta & interiori sacrario clausa sunt; involuta veritas in alto latet.

Si in hoc juvenus sobria incumberet (*), hoc Majores docerent, hoc Minores addiscerent, vix tamen ad fundum veniretur, in quo veritas posita est, quam nunc in summa Tellure, & levi manu quærimus. Magni omnino res est rerum Naturæ latebras dimovere, nec contentum exteriore ejus conspectu, introspicere & in Divina secreta descendere. *Senec.*

Intravi itaque densas umbrosasque Naturæ Silvas, hinc inde horrentes acutissimis & hamatis spinis, evita- vi quotquot licuit plurimas, at neminem tam esse circumspectum didici, cujus non diligentia sibi ipsi aliquando excidat, ideoque ringentium Satyrorum cachinos, humerisque insipientium simiolorum speculationes sustinui, inCESSI viam & quem dederat cursum fortuna peregi.

IMPE-

O JEHOVA!

Quam magnifica sunt Tua Opera!
Vir insipiens non cognoscit ea
& stultus non animadvertit ea.

David.

(*) *Center Worm. mus. præfat. 1.*

IMPERIUM NATURÆ.

DEUM *sempiternum, omniscium, omnipotentem* a tergo transeuntem vidi & obstupui! legi aliquot *Ejus vestigia* per creata rerum, in quibus omnibus, etjam minimis, ut fere nullis, quæ Vis! quanta Sapiencia! quam inextricabilis Perfectio! Observavi *Animalia* inniti vegetabilibus, *Vegetabilia* terrestribus, *Terrestria* telluri; *Tellurem* dein ordine inconcusso volvi circa solem, a quo vitam mutuatur; *Solem* demum circa axin gyrari cum reliquis *Astris*, systemaque *Siderum*, spatio & numero vix definiendum, mediante motu in vacuo nihilo suspensum teneri ab incomprehensibili *Movente primo*, ENTE ENTIUM (a), *Causa caussarum, Custode Rectoreque universi, mundani hujus operis Domino & Artifice. Vis illud FATUM vocare, non errabis, est ex quo suspensa sunt omnia. Vis illud NATURAM vocare, non errabis, est ex quo nata sunt omnia. Vis illud PROVIDENTIAM vocare, recte dices, est cujus consilio mundus actus suos explicat* (b); totus est SENSUS, totus VISUS, totus AUDITUS, totus ANIME, totus ANIMI, totus SUI; hujus EXTERA indagare non capit humanæ conjectura mentis (c); NUMEN esse credi par est, æternum, immensum, neque genitum neque creatum (d). Hoc sine quo nihil est, quod totum hoc fundavit & candidit, quodque oculos nostros & implet & effugit, cogitatione tantum visendum est; in sanctiore enim secessu Majestas tanta delituit, nec ulli dat aditum nisi animo. (e)

MUNDUS complectitur omnia sub jove, quæ in notitiam nostram per sensus cadere possunt; sunt hæc *Astra, Elementa, Tellusque* inenarrabili velocitate circumacta; horum inoffensam velocitatem procedere videmus æterna legis imperio, nec esse temere errantis hunc ordinem, neque quæ temere coiverunt tanta arte pendere, ut terrarum gravissimum pondus sedeat (quasi) immotum & circum se properantis cæli fugam spectet. (f)

(a) Aristoteli. (b) Senecæ, quæst. II: 45. hoc respectu, sed caute, ne effectus sumatur pro causa. (c) Exod. XX: 4. (d) Plin. Nat. II, t 7. (e) Senecæ, VII: 31. (f) Senecæ, I: 1.

ASTRA sunt remotissima corpora lucida, quæ gyranur motu perpetuo; sunt hæc aut SIDERA propria luce radiantia, ut *Sol*, remotioresque *Stella fixæ*; aut PLANETÆ a sideribus lucem mutuantes, quorum primarii Solares: *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Tellus*, *Venus*, *Mercurius*; secundarii obsecundantes Planetis, ut *Luna Telluri*, alique; nec posse sine *Custode tantum opus stare*, nec hunc siderum discursum fortuiti impetus esse, nam quæ casus incitat sæpe turbari & cito arietare. (g)

ELEMENTA sunt corpora simplicissima, atmosphæram Planetarum constituenta, spatia inter Astra forte replentia:

TERRA opaca, fixa, frigida, quiescens, sterilis.

AQUA diaphana, fluida, humida, penetrans, concipiens.

AËR pellucidus, elasticus, siccus, obvolitans, generans.

IGNIS lucidus, resiliens, calidus, evolans, vivificans.

Omnium Elementorum alterni recursus sunt, quidquid alteri perit in alterum transit; alternæ sunt vices rerum. (h)

TELLUS est globus planetarius horis 24 rotatus, circum solem quotannis in orbem actus, Elementorum atmosphæra obvelatus, rerum Naturalium stupendo cortice reclusus, cujus cognoscendæ superficiæ studemus. Globus hic terraqueus est, cujus depressiorem partem Aquæ inundant & Mare lente coarctandum; elatiorem vero aquæ fugiant sensim dilatandam in Continentem siccam habitabilem. Hæc Aquarum halitu, vi Aëris in nubes actæ, irroratur, ut summi montes perennique nive Alpini Scaturigines in Fluvios perennes concurrentes, eamque permeantes, potum terrestri cibo addant in alimentum incolarum, dum Venti motum excitant Ignis calore vivificatis corporibus. Sic omnia adjuvabunt Naturam, ut naturæ opera peragantur (i).

NATURALIA sunt corpora cuncta Creatoris manu composita, corticem Telluris constituenta, in Regna Naturæ tria divisa, quorum limites concurrunt in Lithophytis.

LAPIDES corpora congesta, nec viva, nec sentientia.

VEGETABILIA corp. organisata & viva, non sentientia.

ANIMALIA corp. organisata & viva & sentientia, sponteque se moventia. Tota enim hujus mundi concordia ex discordibus constat (k); Nec ad unam Naturæ formam opus suum præstat, sed in ipsa varietate se jactat (l).

HOMO

(g) Senec. (h) Senec. III; 10. (i) Senec. III; 29. (k) Senec.
(l) Senec. VII; 27.

HOMO sapiens, creatorum operum perfectissimum, ultimum & summum, in Telluris cortice, Majestatis Divinæ stupendis iudiciis oblecto, constitutus, secundum sensus judicans artificium, admirans pulchritudinem, veneraturus Auctorem. Retrogrediendo per generationes multiplicatas videt *Creatorem*; Progrediendo per conservationem multiplicandam videt *Naturam*; ad utrumque invitant Pulchritudo, Mechanismus, Nexus, Fines, Commoda. Sic *totus Mundus gloria divina plenus est* (m), *dum omnia creata opera Deum glorificent per hominem* (n), qui ex inertem humo, Dei manu vivificata contempletur auctoris sui Majestatem ex fine creationis, dignus hospes constitutus Summi Entis præco. *Hæc contemplatio Naturæ evadit præsentia voluptatis cœlestis, cujus particeps Animus in luce obambulat & tamquam in terrestri celo vitam degit* (o); *Nec pietas adversus DEUM, nec quanta huic gratia debeatur, sine explicatione Naturæ intelligi potest* (p).

SAPIENTIA, divinæ particula auræ, summum est attributum Hominis Sapientis. Primus Sapientiæ gradus est res ipsas nosse. Notitia consistit in vera *idea* objectorum, qua similibus a dissimilibus distinguuntur *notis* propriis, a Creatore rebus inscriptis; hanc notitiam ut cum aliis communicet, *nomina* propria non confundenda singulis diversis imponat; Nomina enim si pereant, perit & rerum cognitio. Hæc literæ elementaque erunt, quibus destitutus nemo naturam legerit; quum *ignorato genere proprio, nulla descriptio quamvis accurate tradita, certum demonstret, sed plerumque fallit* (q).

METHODUS, anima Scientiæ, sistat notas proprias rebus inditas systematice digestas; Systema apte quinquies tantum subdividitur: sic

Classis, Ordo, Genus, Species, Varietas.
Genus sum. G. intermedium, G. proximum, Species, Individuum.
Provincia, Territoria, Parcie, Pagi, Domicilium.
Legiones, Cohortes, Manipuli, Contubernia, Miles.
Nisi enim in ordines redigantur & veluti castrorum acies distribuantur tumultu & fluctuatione omnia perturbari necesse est (r).

NOMINA respondeant Methodo Systematicæ; sint itaque: Nomina *Classium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatum, Character. Classium, Ordinum, Generum, Specierum, Varietatumq;* Differentiis definita, nam nomina nosce oportet qui rem scire velit,

A 4

velit,

(m) *Esa. VI: 4.* (n) *David. CXVIII.* (o) *Act. holm.* (p) *Cicero.*
 (q) *Cæsalpinus.* (r) *Cæsalpinus.*

velit, *confusus enim nominibus omnia confundi necesse est. Nominum ideoque impositio primi hominis in aurea ætate actio erat.*

SCIENTIA Naturæ innitur Cognitioni Naturalium Methodicæ & Nomenclaturæ Systematicæ tamquam filo ariadneo, secundum quod Naturæ inæandros unice tutoque permeare liceat.

Ordo alius fruentis est, alius est inhabitantis. Creator inceptit a simplicissimis elementis Terreis, per Lapides, Vegetabilia, Animalia in hominem desit. Homo autem incipiat a se ipso, desinat in Terram Auctor Systematis a particularibus ad universalia adscendat; Dæctor vero contra a generalibus ad specialia descendat. Fontes enim concurrunt in rivos, hi in fluvios; adscendat autem nauta quousque poterit, nec tamen fontium ultimas origines attingerit. Data distincta rerum cognitione ulterius penetrandum in Specialissimas Proprietates, Phænomena, Mysteria, Dotes, Vires, Usus; Naturalis quæm Scientia trium regnorum Fundamentum sit omnis Diætæ, Medicinæ, Oeconomix tam privatæ quam ipsius naturæ. *Felices agricola bona si suavorint.*

Omnes res creatæ sunt divinæ sapientiæ & potentiæ testes, divitiæ felicitatis humanæ; ex harum usu *bonitas* Creatoris; ex pulchritudine *Sapientia* Domini; ex oeconomia in *Conservatione, Proportione, Renovatione*, potentia *Majestatis* elucet. Earum itaque indagatio ab hominibus sibi relictis semper æstimata; a vere eruditis & Sapientibus semper exulta; perverse doctis & barbaris semper inimica fuit.

RE-

Narrabo mirabilia Tua DOMINE,
& virtutem Terribilium Tuorum dicant
generationes.

David.

REGNUM ANIMALE.

ANIMALIA organisatione viva, nervis *sentiunt, percipiunt*, seque ex arbitrio *moversi* mota possibili.

VIVENTIA singula, in multiplicatione prodiga Natura, orditur a minimis, generat in fluido, incipit in ovi liquido, cum *omne vivum ex ovo*.

OVUM intra *Tunicas*, sæpe includentes *Albumen*, continet *Vitellum*, cujus lateri emergenti insertum *Punctum* saliens, *vegetans* in Embryonem, *caulescentem* Funiculo umbilicali, *radicatum* placenta vitellina.

MATER prolifera promit ante generationem vivum compendium novi animalis sui que simillimi, tamquam plumulam intra semen vegetabile; hoc Patris polline spermatico electrificatum calore excluditur; *Punctum* saliens enim Ovi incubantis Avis ostendit primum Cor micans Cerebrumque cum Medulla; corculum hoc, cessans a frigore, excitatur calido halitu, premitque Bulla aërea, sensim dilatata, liquores secundum canales fluxiles. *Punctum vitalitatis* itaque in viventibus est tantum a prima creatione continuata vitæ ramificatio, cum ovum sit gemma matris ab exordio viva, licet non sentiens ante fœcundationem; sic *Generatio Equivoca nulla*.

CORPUS Animantium composita est machina:

NATURALIS, vegetat e cranii *Tubere* crustato, *Caule* verticali, articulado, rigido, opposite *ramoso*, cui insident *Folia* carnosa, fibrosa, sparsa, apicibus etiam affixa in Musculos, prodente *Fructificatione* genitalium e dichotomia ultima caulis.

VITALIS, e *Bulbo* Cordis perpetuo mobili, *radicata* vasibus lacteis intra tubi intestinalis sterquiliniam, *ramificatur* ad caulem naturalem duplici canali circulante, ne succus alimentaris quavis tempestate & statu deficiat.

ANIMALIS, e *Bulbo* Cerebri repentisque Medullæ, indolis incognitæ, sedis cogitantis, *Fila* simplicissima, electrica ad fibras omnes irritabiles exserit, per quæ cogitans sentit & movet.

ORGANA sensuum machinæ sunt physicæ, insertæ extremitati nervi, sensorio cerebri proximi, quibus divina arte percipit Animal:

OCULUS: *Camera obscura* imaginem proportionem, figura, colore depingens,

AURIS: *Tympanum* membranæ corda tensæ super cocleam, a motu ætheris tremens.

NASUS: *Membrana* latissima, humida, contortuplicata, æris perreptantis volatilia figens.

LINGVA: *Spongiolæ* bibulæ, sparsæ, humido solutum atra-hentes.

TACTUS: *Papillæ* molliusculæ, figuram impressam brevi affluentes.

His gaudent plurima Animalia, sed non omnia. Plura si Creatori addere placuisset, plura percepissent; uti Magnete præsentiam Ferri, Electro electricitatis phænomena. *Antennas* Insectis solis concessit, nobis æque ignotas ac illis Aures.

Indicat *Oculus* ex luce, *Auris* ex æthere appropinquantia; percipit *Tactus* ex unione solida præsentia; examinat *Nasus* volatilia nervis, *Lingua* solubilia fibris, assumenda: s. concilia salutaria, s. vetita noxia.

COGITANS allicit ad *velle* gratum, aut *nolle* ingratum.

GAUDIUM	puerile,	sanguineum,	rubrum,	oleosum,
	spongiosum,	tepidum,	libere pulsans,	anhelans,
	ridens,	transpirans,	promptum.	<i>Vita.</i>
METUS	juvenilis,	phlegmatic.	palescens,	aquosus,
	laxus,	horrens,	debile pulsans,	dyspnoicus,
	suffocans,	cacans,	tremens.	<i>Morbus.</i>
IRA	virilis,	cholericæ,	fusca,	spirituosa,
	stricta,	fervens,	dure pulsans,	asthmatica,
	stertens,	niecturiens,	agitans.	<i>Medicina.</i>
MOEROR	senilis,	melancholic.	ater,	acidus,
	rigidus,	frigidus,	tarde pulsans,	orthopnoicus,
	suspirans,	obstipans,	quiescens.	<i>Mors.</i>

Sic *Gaudium* bonis fruitur, *Metus* fuga eripit, *Ira* armis defendit, *Moeror* amissa luget.

IMPERANTIUM causa quemadmodum Populi non sunt nati, sed subditorum ordini servando Imperantes constituti, ita Vegetabilium causa Animalia Phytiphaga, phytiphagorum Carnivora, & ex his Majora ob parva, Homo (qua animal in œconomia naturæ) ob maxima & singula, sese vero præcipue, seva mercede conducta tyrannidem exercent, ut Proportio cum nitore Reipublicæ naturæ perennet. Vicissim singuli cives conspirant in Majestatem Hominis rationalis imperantis, ejus est summum Reipublicæ auctorem agnoscere.

RES PUBLICA Naturæ, tanquam Aqua e Fontibus in Rivulos, Amnes, Fluvios ad Mare traans, e numerosissima Plebe in pauciores Nobiles, paucissimosque Magnates ad Imperantem ascendit, dum Animalia minima, numero, vi, potentia facile infinita, in usum cedant majoribus, inertioribus, præstantioribus, cum natura nunquam magis quam in minimis tota sit.

OPERATIONES incolarum præcipuæ sunt : 1. *Multiplicare* Speciem, ut negotiis sufficiant. 2. *Auferre* immunda, cadavera, languida, conspurcata, stagnantia, acida, putrida, ut nitor aulæ fulgeat. 3. *Detondere* quotannis vegetabilia, ut renovetur annuum theatrum; 4. *Æquilibrium* inter Species Animalium & Vegetabilium servare, ut proportio perennet. 5. *Vindicare* se ipsos ab interitu, ne vacet administratio.

MINISTRI, propriis muniis præfixi, tot sunt, quot animalium Species, singuli ad officia proprio commodo allecti, quum ex labore sustentationem suam reportent; ne quidquam deficiat, ubi nihil supervacaneum. Ne autem alter alterius negotiis sese immisceat, simulque lucrum alteri præripiat; sub pœna capitali sancita *Lex*, ipsa sensibus, Olfactus imprimis & Gustus, inscripta, ne transgressores excusabiles evaderent. Sic rapina rerum omnium est, quam Armis, Fulcris, Munimentis, Halitu eludunt vivaciora, dum Languida succumbant, & Vegetiora in motu festinent, ut opus naturæ perenni flore rideat.

IMPULSORES etiam præfixi ad munera promte peragenda: blanda *Venus* ad propagationem irritat; avara *Fames* ad sustentationem impellit; atrox *Dolor* ad conservationem cogit; neque hæc sine Numine.

DIVISIO Naturalis Animalium ab interna structura indicatur:

<i>COR</i> biloculare, biauratum;	{ viviparis	<i>Mammalibus.</i>
<i>Sanguine</i> calido, rubro.	{ oviparis	<i>Avibus.</i>
<i>COR</i> uniloculare, uniauratum;	{ pulmone arbitrario	<i>Amphibiis.</i>
<i>Sanguine</i> frigido, rubro.	{ branchiis externis	<i>Piscibus.</i>
<i>COR</i> uniloculare, inauratum;	{ antennatis	<i>Insectis.</i>
<i>Sanie</i> frigida, albida.	{ tentaculatis	<i>Vermibus.</i>

I. MAMMALIA.

Cor biloculare, biauratum; Sanguine calido, rubro. (*)

Pulmones respirantes reciproce.

Maxillæ incumbentes, testæ.

Penis intrans viviparas, lactantes.

Sensus: Lingua, Nares, Tactus, Oculi, Aures.

Tegmenta: Pili, pauci indicis, paucissimi aquaticis.

Fulcra: Pedes quatuor, exceptis mere aquaticis, in quibus pedes posteriores in caudæ pinnam coaliti.

II. AVES.

Cor biloculare, biauratum; Sanguine calido, rubro.

Pulmones respirantes reciproce.

Maxillæ incumbentes, nudæ, exsertæ, edentulæ.

Penis subintrans absque scroto oviparas crusta calcarea.

Sensus: Lingua, Nares, Oculi, Aures absque auriculis.

Tegmenta: Pennæ incumbentes, imbricatæ.

Fulcra: Pedes duo. Alæ duæ.

III. AMPHIBIA.

Cor uniloculare, uniauratum; Sanguine frigido, rubro.

Pulmones spirantes arbitrarie.

Maxillæ incumbentes.

Penes bini. Ova plerisque membranacea.

Sensus: Lingua, Nares, Oculi, multis Aures.

Tegmenta coriacea nuda.

Fulcra varia variis, quibusdam nulla.

IV. PISCES.

Cor uniloculare, uniauratum; Sanguine frigido, rubro.

Branchia extus comprimendæ.

Maxillæ incumbentes.

Penes nulli. Ova absque albumine.

Sensus: Lingua, Nares? Oculi (non Aures).

Tegmenta: Squamæ imbricatæ.

Fulcra: Pinnæ natantes.

V. IN-

(*) In omnibus animalibus, quibus sanguis non calet, ventriculus cordis est unicuique. *Hall. Boerb. I. p. 217, 292*, miratus itaque quod 2 ventriculos cordis Crocodilo adscribat *Hasselqvist iter 293*.

V. INSECTA.

Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.

Spiracula: Pori laterales corporis.

Maxilla laterales.

Penes intrantes.

Sensus: Lingua, Oculi, Antennæ in capite absque cerebro.

(non Aures, Nares).

Tegmenta: cataphracta cute ossea sustentante.

Fulcra: Pedes, quibusdam Alæ.

VI. VERMES.

Cor uniloculare, inauritum; Sanie frigida.

Spiracula nulla?

Maxilla multifariæ, variæ variis.

Penes varii Hermaphroditis Androgynis.

Sensus: Tentacula, caput nullum (vix Oculi, non Aures,
Nares).

Tegmenta interdum calcarea vel nulla, nisi Spinæ.

Fulcra: nulli Pedes aut Pinnæ.

CLAS-

Terribilia sunt opera Tua DOMINE,
In multitudine virtutis Tuæ, Te metientur
inimici Tui.

CLASSIS I.

MAMMALIA.

MAMMALIA hæc & nulla alia *mammata* Animalia, ex structura, visceribus, organis homini proxima, pleraque *Quadrupedia*, nobiscum Continentem inhabitant, tanquam inter hostes atrocissimos, dum pauca *Pinnata* intra Pelagum se subducunt.

VESTITUS Quadrupedium e *Pilis* flexilibus, mollissimis, distinctis, injuriæ minus obnoxii; iisque fertilioribus in frigidis quam æstuantibus terris. Hi vero *Pili* in *Aculeos* coaliti (*Eri-naceo*, *Hystricibus*), aculei explanati in *Squamas* (*Mani*), squamæ coadunatæ in *Scutum* (*Dasypis*); at pilorum vellus sæpe distinctum *Suturis* (*Canis*, *Equo*), quæ elongatæ in *Furam* (*Equo*, *Sui*); Sed *Aquatica nuda* evasere, ne madefierent, nisi in terram exire aliquando necesse habeant. Præterea *Facies* sæpe *Verrucis*, *Labia Vibrissis*, *Mentum Barba* (*Homini*, *Simiæ*, *Capræ*) & *Pedes Callis* non raro notata sunt.

FULCRA, motus instrumenta, pro expeditiori fuga in evitando hostem, aut assequendo prædam TERRESTRIBUS sunt *Pedes* IV, quorum anteriores *Palmis* instruuntur, interdum tanquam *Manus* remoto pollice divisæ (*Primitibus*, *Dideiphibus*); Posteriores autem *Plantis*, ut validius properarent, & hi vel *Palmati* digitis membrana connexis, ut natarent, vel *Fissi* digitis separatis, ut facilius currerent, aut *Talis* innixi, ut firmiter persisterent (*Homini*, *Urso*); Ne vero fuga detererentur inter aspera, vel denso vellere manicati (*Lepori timido*, *Vulpis* *Lagopo*, *Bradypis*), vel *Ungulis* tanquam calceis induti sunt *digiti* (*bisulcis Pecoribus*, *Suibus*), qui etiam *succenturiatis* muniti talis, vel *Solipedes* indivisis pedibus (*Equis*); sed in *manibus* sæpe unguis plani, orbiculati (*Homini*, *Simiis*, *Lemuribus*); At vero rapaciores *Feræ unguibus* armatæ *subulatis* ut prædam apprehenderent, lacerarent, terramque foderent; sed *Volantia* vel *manibus* elongatis *palmisque* aëra scandunt (*Vespertiliones*), vel *membrana* inter *palmas plantasque* expandenda, vellicant (*Lemur*, *Sciurus*, *Mus*). Aliter *AQUATICA*, quorum *brachia* intra *latus retracta*, & *femora* postice coadunata *plantis* in *caudam horizontalem* (*Cetis*).

ARMA Mammalium præter dictos ungues, nominandosque Dentes, imprimis *Cornua* cartilaginea capiti inserta sunt; hæc vel *solida* perennia (Rhinoceroti), vel *ramosa* annua, primumque pilosa apicque crescentia (Cervis), vel *cava* vaginantia basique crescentia (Bobus, Capris, Ovibus).

CIBARIA instrumenta *Dentes* audiunt, qui triplices: *Primores* sæpe compressi incisores pro evellendo, rodendo conscindendo; *Laniarii* conici longiores pro lacerando; *Molares* latiores pro conterendo, & hi obtusi phytiphagis, acutiores carnivoris; at *edentula* solæ Myrmecophagæ & Manis evasere.

UMBRACULUM est *Cauda*, qua turpissimæ absconduntur partes; hæc paucis *nulla* (Homini, Simiis & Muribus nonnullis), *abbreviata* nec femoribus longior (Lepori, Satyro, Talpæ, Erinaceis), *elongata* ad pedum longitudinem & ultra (Canibus, Muribus, &c); harum singulæ vel *Nudæ* (Muribus), vel *Prehensiles* convolvendæ proque quinta manu inservientes (Simiis, Hystrici, Didelphibus), vel *Comosæ* longis fetis (Equis, Bobus), vel *Floccosæ* apice penicilliformi (Leoni mari, Muri Jaculo), vel *Distichæ* utrinque pilosæ (Sciuris, Myrmecophagæ).

CUSTODES Animalium *Sensus* sunt pro conservatione individui; sed terrestribus Aures instructæ *Auriculis* varia figura lobatis, pro acutiore auditu; Aquaticis vero auriculæ nullæ; *Nasus* figura varia interdum elongatus in *proboscidem* (Elephanti, Bestiis), situs supra *Labium* superius *fissum* (Gliribus) aut *lacunosum* (plerisque).

GENITALIUM curiosior indagatio abominabilis displicet, quamvis varia & singularis Clitoride, Nymphis, Scroto, Pene, qui tamen posset ad ordines naturales viam monstrare.

VENERE *Vaga* pruriunt pleraque, ubi Mares dimicant inter se, quo valentiores polleant pro sobole vivaciore, ineuntes feminas viviparas fœtum intra se excludentes, quem enixum lactant, defendunt, curant in proximas nuptias, adultiorcmve ætatem. *Polygama* autem nonnullis, ubi Mas gynæceum ex pluribus feminis sibi associatis defendit (Phocæ); paucissimis vero *Monogamia* est, dum Mas & Femina individui focii curam gerunt fœtus (Simiæ nonnullæ, Lemur, Vespertiones, Erinaceus).

MAMMÆ lactantes feminis omnibus, etiam Maribus (excepto Equo) numero determinatæ: *Pectorales* (Primatibus, Cetis); *Abdominales* (Didelphibus, Phocis); *Inguinales* (Pecoribus, Belluis); *Abdominales Pectoralesque* simul (Gliribus pluribus); *longitudinaliter* digestæ (Suis aliisque), at sæpius binæ pro singulo fœtu ordinario.

COLUNTUR varia imprimis Pecora ob *Carnes, Lac, Corium, Vellera, Pinguedinem*; ad *Onera* verb Equus, Camelus, Elephas; instituuntur *Feræ* variæ pro *venatu, muribus, serpentibus*; vivariis asservantur rariora.

ORDINES imprimis a dentibus desumuntur:

		nullis utrinque	—	—	<i>Bruta.</i> 2.
	Quadrupedia, (<i>unguibus armata</i>)	— superioribus, inferioribus			<i>Pecora.</i> 6.
		duobus; lanariis nullis	—		<i>Glires.</i> 5.
	Dentibus Primoribus	uno pluribus	—		<i>Bestiæ.</i> 4.
MAMMALIA		pluribus; lanariis	solitariis; primoribus	—	quatquor
	sex obtusis				<i>Belluæ.</i> 7.
		superioribus	— acutis	<i>Feræ.</i> 3.	
	Pinnata (<i>mutica absque unguibus</i>) pinnis				<i>Cete.</i> 8.
		loco pedum instructa	—	—	

I. PRIMATES.

Dentes primores superiores *IV paralleli. Lanarii solitarii.*

Mammæ pectorales, *binæ.*

Palmæ *Manus sunt.*

Brachia *diducta clavicularis, incessu tetrapodo valgo.*

Scandunt *arbores earumque gazas legunt.*

II. BRUTA.

Dentes primores *nulli superius aut inferius.*

Incessus *ineptior.*

III. FERÆ.

Dentes primores *utrinque: superiores VI, omnes acutiores.*

Lanarii *solitarii.*

Ungues *pedum acuti.*

Victus *ore savientium e cadaveribus, rapina.*

IV. BESTIÆ.

Dentes primores *utriusque numero indeterminato. Laniarii semper uno plures.*

Nasus *elongatus, fodiens.*

Victus *e succosis radicibus, vermibus.*

V. GLIRES.

Dentes primores *superius inferiusque 2. Laniarii nulli.*

Pedes *cursu salientes.*

Victus *rodendo cortices, radices, vegetabilia, &c.*

VI. PECORA.

Dentes primores *inferiores plures; superiores nulli.*

Pedes *ungulati, bisulci.*

Victus *evellendo plantas ruminandas.*

Ventriculi 4: *Ingluvies macerans, ruminans; Reticulum cancellatum, recipiens; Omasus multiplicatus, consumens. Abomasus fasciatus, acescens Coagulo pro sebo, ut minus alcaliescant.*

VII. BELLUÆ.

Dentes primores *plures, obtusi.*

Incessus *gravis.*

Victus *extrahendo vegetabilia.*

VIII. CETÆ.

Pedum loco *pinnae pectorales & caudæ (plagiura) plana.*

Ungues *nulli.*

Dentes *cartilaginei. Nasus frontis sæpe fistula.*

Victus *e Molluscis, Piscibus.*

Locus *pelagicus.*

Hos a Piscibus divulsos jussi Mammalibus associari ob Cor biloculare calidum, Pulmones respirantes, Aures cavas, Penem intrantem Feminam Mammis lactantem, idque ex lege naturæ jure meritoque.

AUCTORES: *Gesnerus, Aldrovandus* diffuse, epitomatorem ejus *Fonstonus, Rajus*, paucique alii passim, sed maneam reliquerunt *Historiam*, de novo ordiendam secundum *notas* proprias; *Descriptionibus* attributorum, *Diatæ* varia, *Oeconomia* propria, reliquis, ut solida grana e furrurum quisquiliis depurentur; exemplaria propofui in Cane domestico, Cervo Rhenone, Mure indico, Ove Ariete.

GENERUM Characteres compendiosi.

I. PRIMATES.

1. HOMO *nosce te ipsum.*
2. Simia *Dentes laniarii, hinc remoti.*
3. Lemur *Dentes primores inferiores 6.*
4. Vespertilio *Manus palmatæ volatiles.*

II. BRUTA.

5. Elephas *Dentes laniarii & molares; Nasus proboscide elongatus.*
6. Trichechus *Dentes laniarii superiores; molares ex osse rugoso. Pedes postici coadunati.*
7. Bradypus *Dentes laniarii & molares. Nasus obtusus.*
8. Myrmecophaga *Dentes nulli. Corpus pilosum.*
9. Manis *Dentes nulli. Corpus squamatum.*

III. FERÆ.

10. Phoca *Dentes primores inferiores 4. Auriculæ nullæ.*
11. Canis *Dentes primores superiores intermedii lobati.*
12. Felis *Lingua aculeata. Ungues retractiles.*
13. Viverra *Lingua aculeata. Ungues exserti.*
14. Mustela *Dentes primores inferiores conferti: duobus alternis interioribus.*
15. Ursus *Dentes primores superiores excavati. Penis osse flexuoso.*

IV. BESTIÆ.

16. Sus *Dentes primores superiores 4, inferiores 8.*
17. Dasypus *Corpus testa zonis intersecta.*
18. Erinaceus *Dentes primores superiores 2, inferiores 2.*
19. Talpa *Dentes primores superiores 6, inferiores 8.*
20. Sorex *Dentes primores superiores 2, inferiores 4.*
21. Didelphis *Dentes primores superiores 10, inferiores 8.*

V. GLIRES.

22. *Rhinoceros Cornu nasale.*
23. *Hyltrix corpus Spinis tectum.*
24. *Lepus Dentes primores superiores duplicati.*
25. *Callor Dentes primores superiores angulo recto excavati.*
26. *Mus Dentes primores superiores subulati.*
27. *Sciurus Dentes primores superiores cuneati; inferiores compressi.*

VI. PECORA.

28. *Camelus ecornis dentibus laniariis pluribus.*
29. *Moschus ecornis dentibus laniariis solitariis: superioribus exsertis.*
30. *Cervus Cornua solida, ramosa, decidua.*
31. *Capra Cornua tubulosa erecta.*
32. *Ovis Cornua tubulosa reclinata.*
33. *Bos Cornua tubulosa porrecta.*

VII. BELLUÆ.

34. *Equus Dentes primores approximati.*
35. *Hippopotamus Dentes primores distantes.*

VIII. CETE.

36. *Monodon Dens in maxilla superiore exsertus.*
37. *Balæna Dentes cornei in maxilla superiore.*
38. *Physeter Dentes in maxilla tantum inferiore.*
39. *Delphinus Dentes in utraque maxilla.*

I. PRIMATES.

*Dentes Primores superiores IV, paralleli.
Mammæ Pectorales II.*

I. HOMO nosce Te ipsum. (*)

Sapiens. 1. H. diurnus; *varians cultura, loco.*
Ferus. tetrapus, mutus, hirsutus.

Juvenis Ursinus lithuanus. 1661.

Juvenis Lupinus hessensis. 1344.

Juvenis Ovinus hibernus. Tulp. obs. IV: 9.

Juvenis Haanoveranus.

Pueri 2 Pyrenaici. 1719.

Johannes Leodicensis.

America-2. rufus, cholericus, rectus.

*rus. Pilis nigris, rectis, crassis; Naribus patulis; Facie ephel-
litica, Mento subimberbi.*

Pertinax, hilaris, liber.

Pingit se lineis dædaleis rubris.

Regitur Consuetudine.

β al-

(*) Nosse Se Ipsum gradus est primus sapientiæ, distatque *Soteris*, quondam scriptum literis aureis supra *Dianæ* Templum. *Mus. ADOLPH. FRID. Præfat.*

Physiologicæ: Te contextum Nervis, intertextum Fibris, Machina renella, sed adolescente in perfectissimam, facultatibus instructam fere omnibus pluribusque, quam reliqua cuncta. *Nudam in nuda humo, natali die, abjecit natura ad vagitus statim & ploratum, manibus pedibusque devinciendum Animal cæteris imperaturum; cui scire nihil sine doctrina; non fari, non ingredi, non velci, non aliud natura sponte. Plin. Vides itaque qualem vitam nobis rerum natura promisit, quæ primum nascentium omen fletum esse voluit. Seneca.*

Dieteticæ: Te sanitate & tranquillitate, si noveris, felicem: *Moderatis* conservandum, *Nimii* destruendum, *Variatis* afficiendum, *Insuetis* frangendum, *Consuetis* indurandum; polyphagum Culina instructissima, per errores gratissima, igne vinoque horrenda. *Parvo* famæ constat, *magno* fastidium. *Seneca.*

Pathologicæ: Te tumidam usque dum crepueris bullam, piloque pendulam in puncto fugientis temporis. *Nihil enim homine imbecillius terra alit. Homer. Nulli vita fragilior; nulli tot Morbi, tot Cures, tot Pericula. Breve universam nitique ævi tempus: Pars aqua morti similis exigitur; nec reputantur Infantia anni, qui sensu carent; nec Senectæ in pœnam viraces: hebescunt Sensus, torpent Membra, præmoriuntur Visus, Auditus, Incessus, Dentes, Ciborum instrumenta. Plin. Sic magna pars mortis jam præterit, quidquid ætatis retro est Mors tenet. Totum denique hunc, quem vides populum, quousque cogitas esse; cito natura revocavit & conderet; Mors omnes æque vocat; iratis Diis propitiisque moriendum. Senec. II: 59.*

- Euro-* β. albus, fanguineus, torofus.
pæus. *Pilis* flavescentibus prolixis. *Oculis* cæruleis.
Levis, acutissimus, inventor.
Regitur Vestimentis arctis.
Regitur Ritibus.
- Asiati-* γ. luridus, melancholicus, rigidus.
cus. *Pilis* nigricantibus. *Oculis* fuscis.
Severus, fastuosus, avarus.
Regitur Indumentis laxis.
Regitur Opinionibus.

B 3

δ. ni-

Naturaliter: Te audacis naturæ miraculum, Animalium Principem, cujus causâ cuncta genuit natura, esse animal flens, ridens, melodum, loquens, docile, judicans, admirans, sapientissimum; sed fragile, nudum, suapte natura inerme, ad omnem fortunæ contumeliam projectum, alienæ opis indigens, anxie mentis sollicitæque tutelæ, precarii spiritus, pertinacis spei, querule vitæ, tardæ sapientiæ. Temporis annihilati emortui contentorem, præsentis vividi dilapidatorem, futuri dubii æstimatorem in vita volucris, pretiosissima, irrevocabili; sic optima quæque dies miseris mortalibus ævi prima fugit; alium ad quotidianum opus laboriosa Egestas vocat; alium Luxus incarceration, altitemque suffocat; alium Ambitio numquam quæta sollicitat; alius Divitiis, quas optaverat, metuit, & voto laborat suo; alium Solitudo, alium semper vestibulum obfidens turba. Hic se habere dolet Liberos, hic se perdidisse; Lacrymæ nobis decurunt antequam causæ dolendi. Sed quousque nos malos nostra mala rapuere: circumferre pericula, rursus in ignotos, iratos sine injuria, ferarum more occidere quem non oderimus, secundos optare ventos, quorum felicitas est ad bella perferre; parum videlicet ad mortes nostras terra late patet. *Senec. Cetera animantia congregari contra dissimilia, ad Homini plurima ex homine mala. Plin.*

Politice: Te recti loco tenere errorem publicum factum, qui te vix enixum consuetudinis larva induit, nutrit, educat, alit, regit, secundum quam honestus, fortis, sapiens, inoratus, pius existimaris; Cum gubernatus Opinatione vivas ad Consuetudinem, nec ad Rationem. Te, inter perituros constitutum, cum nulli contigit impune nasci, beneficii loco petere, ut ultimus cervicem præbeas, dum interim, dulci fortuna ebrius, colligendo in crassinum Lapillos fortunæ certas, verbis in furorem ageris, aliter theoreticæ pios odio persequeris, quantosque tumultus excitas, non ut servias, sed cui; nugis irrevocabile tempus consumis; immortalia æternaque animo volutas, de seris nepotibus pronepotibusque disponis, novas spes oblitus conditionis Tuæ ponis, cum interea longa constantem mors opprimit, at in agone oculos aperiens (ἀνδρωπος) somnium primo observas; *Sic vivimus ut immortales & morimur ut mortales. Senec.*

Moraliter: Te sub rudi larva Ineptum, Lascivum, Imitatorem, Ambitosum, Prodigum, Solicitum, Astutum, Austerum, Invidum, Avarum, transformari in Attentum, Castum, Consideratum, Modestum, Sobrium, Tranquillum, Sincerrum, Mitem, Beneficum, suis Contentum, *Uni animantium*

Afer. ♂. niger, phlegmaticus, latus.
Pilis atris, contortuplicatis. *Cute* holosericea. *Naso* si-
 mo. *Labiis* tumidis. *Feminis* sinus pudoris; *Mammæ*
 lactantes prolizæ.
Vaser, segnis, negligens.
Ungis se pingui.
Regitur Arbitrio.

Monstro- ε. solo (a) arte (b, c).

- sus.* a. *Alpini* parvi, agiles, timidi.
Patagonici magni, segnes.
 b. *Monorchidæ* ut minus fertiles: *Hottentotti*.
Junceæ puellæ abdomine attenuato: *Europææ*.
 c. *Macrocephali* capite conico: *Chinenses*.
Plagiocephali capite antice compresso: *Canadenses*.
Habitat inter Tropicos sponte gratisque; per reliquam
Telluris totam continentem coacte.
 CORPUS erectum, nudum, *Pilis* raris remotissimis ad-
 spersum, subsexpedale.
 CAPUT obovatum: *Pileus* pilosus: *Sincipite* obtuso,
Vertice obtusissimo, *Occipite* gibboso.
Facies nuda: *Frons* planiuscula, quadrata, *Temporibus*
 compressa, angulis sinu intra *Pileum* ascendens. *Su-*
percilia prominula pilis extrorsum imbricatis, inter-
 tinctæ *Glabella* planiuscula *Palpebra superior* mobilis,
inferior quæta; utraque *Ciliis* exstantibus subrecurvatis
 pectinata. *Oculi* rotundi: *Pupilla* orbiculari. *Genæ*
 gibbæ, molliusculæ, coloratæ. *Mala* compressiusculæ,
 uti *Buccæ* laxiores. *Nasus* prominens, labio brevior,
 compressus, apice altior gibbiorque: *Naribus* ovalibus,
 intus

Lustus, Luxuria, Ambitio, Avaritia, Vivendique cupido; curat atque etiam
post se de futuro, Pliz.

Theologicæ: Te ultimum finem creationis;

In *Telluris* globum, omnipotentis magisterium, introductum; ratione sa-
 piente, secundum sensus concludente, mundi contemplatorem; ut ex ope-
 re agnosceres Creatorem omnipotentem, omniscium, immentum & sempit-
 ternum DEum.

(*Cætera* revelata a *Theologis* explicanda.)

Duo namque sunt quæ in cognitionem DEi ducunt, *Creatio* & *Scriptura*,
Augustinus.

DEUS itaque *Natura* cognoscendus, dein *Doctrina* recognoscendus.
Terullian.

Homo solus DEum contemplatur, *Natura* & *Revelationis* eundem Auctorem:
 quem te DEus esse

iussit, & humana qua parte locatus es in re, discet, *Perf. III; 71.*

intus hirtis, margine crassiusculo. *Labium superius* subperpendicularare, *Lacuna* exaratum; *Labium inferius* erectiusculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtusum, gibbosum. *Aures* laterales: *Auricula* rotundato-lunata, appressiusculæ, nudæ, supra margine fornicatæ; infra gibbosæ, molles.

TRUNCUS constans Collo, Thorace, Dorso, Abdomine.

Collum teretiusculum, capite brevius; *Cervicis Nucha* concava; *Gula* supra concava, medio subtus gibba.

Thorax antice posticeque depressiusculus. *Pectus* planiusculum, Jugulo excavato, *Axillis* concavis barbatis, *Scrobiculo* planiore. *Mammæ* duæ, pectorales, distantes, gibbæ, rotundatæ: *Papilla* cylindrica, obtusa, rugosa.

Dorsum Tergo planiusculo, *Humeris* exstantibus, *Interseapulo* depresso.

Abdomen gibbum, laxum: *Umbilico* excavato, *Epigastrio* planiore, *Hypogastrio* gibbosiore, *Hypochondriis* rotundatis, *Inguinibus* planiusculo-concavis. *Pubis* regio barbata. *Genitalia* exserta: *Pene* cylindrico, *Scroto* subrotundo, rugoso cute laxa, *sutura* longitudinali per *Perinaum* excurrente; f. *Vulva* gibba, compressiuscula. *Anus* retractus.

ARTUS ex *Manibus* loco pedum anteriorum & *Pedibus* posterioribus.

Manuum Armi divaricati, crassiusculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obtuso-prominulus. *Lacertæ* crassitie armorum, teretes, introrsum planiores. *Palme* rotundatæ, dilatatæ, planæ, extus convexæ; *Volæ* concava; *Digitus V*: *Pollex* remotus, brevior, crassior. *Digitus* 2, 3, 4, 5 approximati, horum 5 minor reliquis, dein 2, 4, sed 3 paulo longior. *Ungues* omnibus rotundati, plano-convexi, *lunula* pallida.

Pedum Femora approximata, *Lumbis* musculosis, *Natibus* gibbis, carnosis, *Genubus* antrorsum versis, obtusissimis, subtus concavis. *Crura* longitudine femorum, pollice musculoso-ventricosa, inferne angustiora, antice macra. *Calcanei Talis* insistentes, prominuli, gibbi: *Malleolis* lateralibus, utrinque oppositis, hemisphæricis, duriusculis. *Plantæ* oblongæ, supra convexiusculæ, subtus planæ, transverse concavæ. *Digitus V*: omnes incurvi, subtus gibbi, approximati. *Pollex* crassior, brevior; 2, 3 subæquales, 4, 5 decrecentes; ultimo minimo. *Ungues* ut in *Manibus* omnes.

Simia Satyrus, Jocke & Pongo Budjon
hos vara den samme som Troglodytes
eller Orang-Outang

Sill Europa förde Orang-Outangs, hafva
wa alla warit unga och förmodligen
Satyri Curæ, warit ganska läragrige
men Melancholiske och dött inbr
äret; ehuru människolike, hafva dock
ei lärd tala, Tyffon och Couper hafwa
examinerat dem ut- och inwärt på
der nogatle

Kallas Pongo i Africa och berättas 3 a
3 i aln höga och starke i proportion;
beröfva slickor åt skagen, fördrifwa
med påkar Elephanterne från sina
Samhällein; gå raka på 2 fötter

piloso
xillis;
toris;
ma-
Naso
nente.

p. 84.

ava,

inus.

e pu-

Mem-

Aetas

idet,

e sui

ius-

2. SI-

(*) Genus Troglodytes ab Homine distinctum, adhibita quamvis omni attentione, obtinere non potui, nisi assumerem notam lubricam, in aliis generibus non constantem. Nec Dentes lanariii, minime a reliquis remoti; nec Nymphæ Caffræ, quibus carent Simiæ, hunc ad simias reducere admittebant. Inquirant autoptæ in vivo, qua ratione, modo notæ aliquæ existant, ab hominis Genere separari queat, nam inter simias versantem oportet esse simiam. Apollodov.

Speciem Troglodytes ab Homine sapiente distinctissimam, nec nostri generis illam nec sanguinis esse, statura quamvis simillimam, dubium non est, ne itaque varietatem credas, quam vel sola Membrana nictitans absolute negat.

Afri Pilos contortuplicatos, quamvis albos, in hoc miratus sum, collatis imprimis Varietatum causis in Plantis, in Pullo Gallinaceo, nec tamen quidquam de Mauris albis ex nigris statui.

Præadamitas nec dixi hos Troglodytas Plinii, quamvis nos ultimum finis Creationis opus.

Homo caudatus herfutus. Manpert. epist. 7. Kiop. it. 79. Bont. jav. 85, an Aldr. digu. 249? incola orbis antarctici, nobis ignotus, ideoque utrum ad Hominis aut Simiæ genus pertineat, non determino. Mirum quod ignem ex-citer, carnesque alit, quamvis & crudas voret testimonio Peregrinantium.

Differt itaque a reliquis Corpore erecto nudo, at piloso Capite, Supercillis, Ciliisque, tandem Pube, Axillis, Maribusque Mento. Feminis Nymphæ & Clitoris; Mammæ 2 pectorales. Caput Cerebro omnium maximo; Uvula; Facies abdomini parallela, nuda; Naso prominente, compressio brevior; Mento prominente. Cauda nulla. Pedes Talis incedentes.

Troglodytes. 2. H. nocturnus. (*)

dytes.

Homo sylvestris Orang Outang. *Bont. jav. 84. t. 84.*

Kakurlacko. *Kjœp. itin. c. 86. Dalin. orat. 5.*

Habitat in Æthiopiæ conterminis (Plin.), in Javæ, Amboinæ, Ternatæ speluncis.

Corpus album, incessu erectum, nostro dimidio minus. Pili albi, contortuplicati. Oculi orbiculati: iride pupillaque aurca Palpebræ antice incumbentes cum Membrana nictitante. Visus lateralis, nocturnus. Aetas XXV annorum. Die cacuit, latet; Noctu videt, exit, furatur. Loquitur sibilo; Cogitat, credit sui causa factam tellurem, se aliquando iterum fore imperantem, si fides peregrinatoribus.

2. SI-

(*) Genus Troglodyta ab Homine distinctum, adhibita quamvis omni attentione, obtinere non potui, nisi assumerem notam lubricam, in aliis generibus non constantem. Nec Dentes lanarii, minime a reliquis remoti; nec Nymphæ Castreæ, quibus carent Simiæ, hunc ad simias reducere admittent. Inquirant autoptæ in vivo, qua ratione, modo notæ aliquæ existant, ab hominis Genere separari queat, nam inter simias versantem oportet esse simiam. *Apollodor.*

Speciem Troglodyta ab Homine sapiente distinctissimam, nec nostri generis illam nec sanguinis esse, statura quamvis simillimam, dubium non est, ne itaque varietatem credas, quam vel sola Membrana nictitans absolute negat.

Afri Pilos contortuplicatos, quamvis albos, in hoc miratus sum, collatis imprimis Varietatum causis in Plantis, in Pullo Gallinaceo, nec tamen quidquam de Mauris albis ex nigris statui.

Præadamitas nec dixi hos Troglodytas Plinii, quamvis nos ultimum sinus Creationis opus.

Homo caudatus hirsutus, *Manpert. epist. 7. Kiop. it. 79. Bont. jav. 85. an Aldr. dign. 249?* incola orbis antarctici, nobis ignotus, ideoque utrum ad Hominis aut Simiæ genus pertineat, non determino. Mirum quod ignem exciter, carnesque allet, quamvis & crudas voret testimonio Peregrinantium.

2. SIMIA. *Dentes Primores IV*, approximati.*Laniarii solitarii*, longiores hinc remoti.*Molares obtusi.** *Cauda nulla: Simiæ veterum.**Satyruſ, Pithecuſ, Gibbon, & Sylvanuſ*Satyruſ. 1. *S. ecaudata ſubtuſ nuda. Syſt. nat. VI. p. 3. Satyruſ.**Satyruſ indicuſ. Tulp. obſ. III. c. 56.**Habitat in Africa, Aſia, & Ginea.**Magnitudo pueri ſexenniſ. Dorſum crinibuſ nigris hir-**ſutum, ſubtuſ ſ. antice undique glaber.**Pithecuſ veteribuſ nobiſ deſcribitur. Gibbon recentior*Sylvanuſ. 2. *S. ecaudata, clunibuſ tuberoſo-calloſiſ. Syſt. nat. 3.**Simia. Geſn. quadr. 847.**Simiuſ cynocephaluſ alter. Alp. ægypt. 241. t. 16.**Cercopithecuſ. Foſſ. quadr. t. 59. f. 5.**Habitat in Africa, Zeylona. Le. Mirog. Bugeon.**Fronſ ad ſuperciliorum regionem tranſverſe gibba. Pellis**urſina. Scrotum tamquam intra vulvam reconditum;**vel peniſ intra Scroti foramen; autumno Teſticuli in-**tumeſcunt. Sedes Femiſe rapi inſtar extuberant.**Minatur miſis, cachinno blanditur, caſſrorum more**ſalutat. Sorbilis manuſ haurit. Femiſa menſtruat.**Anatome. E. N. C. d. 2. a. 7. obſ. 40.*** *Cayã abbreviata: Papioneſ.**Sphinx, Silenſ, Mandril, Maimon, & Apedia*Sphinx. 3. *S. ſemicaudata, ore vibriffato, unguibuſ acuminatiſ.**Syſt. nat. 3. Mirog. Bugeon. Le. Papion.**Papio ſ Baboon. Geſn. quadr. 352. t. 353. Aldr. digit.**260. Foſſ. quadr. 145. t. 61. f. 1. Raj. quadr. 158.**Habitat in Borneo. Aſiam in Malacaſia & Africa**Magnitudo Moloffi; incedent quatuor pedibuſ; Scrotum**penduluſ; Animal libidinoſum, ſemiſiſ facile vim in-**fert; litteraſ tranſferre addiſcit.*Apedia. 4. *S. ſemicaudata, palmarum pollice approximato, ungui-*
*buſ oblongiſ; pollicum omnium rotundatiſ.**Simia cauda abrupta, unguibuſ compreſſiſ; pollice pal-*
marum digitiſ adhærente. Amæn. acad. 1. p. 278.

Simia quam ſimiliſ turpiſſima beſtia nobiſ Emiſiſ: quod Simiæ Mamma, Uvula, Uteruſ, Cilia, Muſculi Loquelæ, Ungveſ hominiſ ſunt; non vero Rete mirabile, Clitoriſ, Nymphe,

Silenus Ouanderou Buffon,
deraf nämnes 3^{re} Varieteter,
1^{sta} Hel Hvit.

2^{dra} Hvit med Swart hår och Skägg

3^{de} Swart med hwit Skägg och Crinere.

Rog stark och Kattjefull, wäldforen

Qwintfolke. Med hel kort Swanshöror

till Pajonnes går och på 2 fötter.

sciurea.
s omnes
, quam
vix pol-

prolixa.
Alp.

Alp.

Habitat in Asia: Zeylona, Java &c.

Species obscurior, ignotis Pedum unguibus aliisque plu-

+ ad. *Sylvestris* pertinet magni *Sylvestris* alba. *Sylvestris*, ab *cauda* *caudata*.

Faunus. 6. *S. caudata barbata*, cauda apice floccosa. Syst. nat. 3.

Cercopithecus barbatus 1. Clus. exot. 371. t. 371. Nie-

romb. nat. 179. Raj. quadr. 153.

Habitat in Sengala Le. *Malbrouck*. Buffon

Corpus nigricans, Barba, Pectus, anteriora abdomi-

nis alba.

Paniscus. 7. *S. caudata barbata*, cauda prehensili, palmis subtetra-

daëtylis. Syst. nat. 3.

Simia fusca major, palmis tetradactylis, cauda prehen-

sili ad apicem subtus nuda. Brown. jam. 489.

Guariba Marcgr. bras. 229. t. 226. Raj. quadr. 153.

Habitat in America meridionali: Brasilia.

Corpus nigrum. Pedes & Cauda dimidia exterior brun-
nea; Cauda extremitas hinc nuda, qua, quidquid e
terra elevet, prehendit. Digi Pedum 4-5. Z. Hall-
man; est vero Pollex reliquis minor, introrsum a cæ-
teris remotus, Unguesque manuum rotundati, pedum
subulati. D. Aymen. Pullos in dorso gerit, qui ambirent
matris corpus posterius angustius. Oriente & Occidente
sole congregantur concionem celebrautes. Marcgr.

Diana. 8. *S. caudata barbata*, fronte barbaque fastigiata. Linn. act.

Stockh. 1754. p. 210. t. 6.

Cercopithecus barbatus guineensis. Marcgr. bras. 227.

t. 228. Raj. quadr. 159.

Cercopithecus barbatus 2. Clus. exot. 311.

Habitat in Guinea.

Cauda minimè prehensilis, ergo non
Equina. Buffon

Magni-

Habitat in Indiis.

Magnitudo & color Sciuri subgrisei; similis *S. sciurea*. Pollex manuum antillarum non remotus. Ungues omnes oblongi, compressi, sed pollicum tam anteriorum, quam posteriorum humanis similes, Cauda brevissima, vix pollicis transversa.

* * * Cauda elongata : Cercopithecii.

Silenus. 5. *S. caudata barbata*, corpore nigro, barba nivea proluxa. Simia Callitriches magnitudine cynocephalorum. *Alp.*

egypt. 242? recitat. Animalis didingulum nens frans
Habitat in Asia: Zeylona, Java &c.

Species obscurior, ignotis Pedum unguibus aliisque plurimis attributis. *Quandorou Sugar Tom VII p. 177*

+ ad. *Spines per totum magn. 3. ped. Urial colore alba. S. nigra. abca de n. abru.*

Faunus. 6. *S. caudata barbata*, cauda apice floccosa. *Syst. nat. 3.*

Cercopithecus barbatus 1. Claf. exot. 371. t. 371. Nieremb. nat. 179. Raj. quadr. 153.

Habitat in Bengala. Le. Mullbrouk. Buffon
Corpus nigricans, Barba, Pectus, anteriora abdominis alba.

Panifcus. 7. *S. caudata barbata*, cauda prehensili, palmis subtetradactylis. *Syst. nat. 3.*

Simia fusca major, palmis tetradactylis, cauda prehensili ad apicem subtus nuda. *Brown. jam. 489.*

Guariba. Marcgr. bras. 229. t. 226. Raj. quadr. 153.

Habitat in America meridionali: Brasilia.

Corpus nigrum. Pedes & Cauda dimidia exterior brunnea; Caudae extremitas hinc nuda, qua, quidquid e terra elevet, prehendit. Digi Pedum 4-5. Z. Hallman; est vero Pollex reliquis minor, introrsum a ceteris remotus. Unguesque manuum rotundati, pedum subulati. D. Aymen. Pullos in dorso gerit, qui ambunt matris corpus posterius angustius. Oriente & Occidente se se congregantur concionem celebrantes. Marcgr.

Diana. 8. *S. caudata barbata*, fronte barbaque fastigiata. *Linn. act.*

Stockh. 1754. p. 210. t. 6.

Cercopithecus barbatus guineensis. Marcgr. bras. 227.

t. 228. Raj. quadr. 159.

Cercopithecus barbatus 2. Claf. exot. 311.

Habitat in Guinea.

Cauda minimè pubescens, ergo non
Scapvima. Buffon

Magni-

Magnitudo *Felis majoris*, nigra punctis albidis. Dorsum postice ferrugineum. Femora subtus helvola. Gula pectusque alba. Frons pilis erectis, albis, fastigiatis linea transversa in formam lunæ crescentis. Barba fastigiata, nigra, subtus alba, insidens tuberi adiposo. Linea alba ab ano ad genna ab exteriori latere femuram ducta. Ludibunda omnia despicit, peregrinos nutritando salutatur; irata ore hiat maxillasque exagitat; vocata respondet greck

Cephus. 9. S. caudata, buccis barbatis, vertice flavescente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea.

Cercopithecus barbatus alius guineensis. *Marcgr. bras.* 228.

Raj. quadr. 156.

Habitat in America.

Corpus subfuscum, subtus subcærulescens; Os cærulescens: barba flavescens.

Ayçula. 10. S. caudata subbarbata grisea, eminentia pilosa verticis longitudinali. *Osbeck. iter.* 99.

Habitat in India. Osbeck. Delavette Angora

Corpus griseum lupi coloris, subtus gula, pectore, abdomineque albicans. Cauda corpore longior, cinerea, attenuata. Facies planiuscula, albida, nuda. Nasus depressus, brevissimus, ab ore remotus, lacuna labii superioris gemina. Bucca subbarbata, longitudine menti subbarbati. Supercilia frontis gibba, prominentia. Pedes nigri: Ungues pollicum rotundatis; reliqui oblongi. Auriculæ acutiusculæ.

Hama-dryas. 11. S. caudata imberbis, auribus comosis. *Syst. nat.* 3.

Alp. aegypt. 248.

Habitat in Africa.

Hec etiamnum obscura est.

Jacchus. 12. S. caudata, auribus villosis patulis, cauda hirsutissima longissima, unguibus sabulatis: pollicum rotundatis.

Simia auribus villosis patulis, unguibus pollicum subtundis. *Syst. nat.* 3.

Cercopithecus brasilianus 3, Sagouin. *Clas. exot.* 372. t. 272. *Raj. quadr.* 154. 160.

Cagui minor. *Marcgr. bras.* 227. *Pet. gaz.* 26 t. f. 5.

Klein. dub. 11. t. 1.

Habitat in America. L'Occispeti

- Cauda denso vellere annulata. Aures villosi, extus albi. Superba, injuriarum impatiens, altissime clamat, delicatula.
- Oedipus. 13. S. caudata imberbis, capillo dependente.
Cercopithecus minimus in Mexicanus, capilliceo niveo.
Edv. av. 195. t. 195.
Habitat in America. *Le Pinche Surin*
Corpus parvum, subtus album. Capillitium dependens, humano simile. Cauda longa, nigra, introrsum aurantia.
- Æthiops. 14. S. caudata imberbis, vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis.
Simia æthiops. Hasselqv. iter. 190.
Habitat in Æthiopia. *Hasselquist. Le Nangabey Surin*
Corpus statura Diana, fuscum, subtus album. Cauda recta, subtus ferruginea. Supercilia s. lunula alba transversa. Palpebra superior nuda, alba. Aures acutiuscule.
- Midas. 15. S. caudata imberbis, labio superiore fisso, auribus quadratis nudis.
Cercopithecus niger minimus, manibus & pedibus croceis. Edv. av. 196. t. 196.
Cay. Raj quadr. 155.
Habitat in America. *Le Tamarin Surin*
Manus & Pedes lutei aut rubri. Corpus atram, Cauda longissima. Aures nuda, ample, rotunda. Ungues omnes subulati s. ferini, exceptis pollicum plantarum rotundatis s. humanis.
- Cyna- 16. S. caudata imberbis, naribus bifidis elatis, clunibus molgos. tuberosis. Syst. nat. 3.
Simia ægyptiaca cauda elongata, clunibus tuberosis nudis.
Hasselqv. iter. 189.
Cercopithecus angolensis major. Marcgr. bras. 227. Raj. quadr. 155.
Habitat in Africa. *Le Macaque Surin*
Color lupi ex fusco viridi - flavescens. Statura urfi. Nates calvæ. Cauda arcuata. Abdomen albicans. Noctu vigiliis instituit.
- Apella. 17. S. caudata imberbis, cauda subprehensili, corpore fusco, pedibus nigris. Mus. Ad. Fr. 1. t. 1.

Habitat in America.

Undique circumspiciens, Sono pulli Meleagridis famelici.

Morta. 18. *S. caudata imberbis, ore fusco, corpore spadiceo, cauda nuda subquamosa.*

Cercopithecus americanus minor Monkie dictus. Seb. mus. 1. p. 52. t. 33. f. 1.

Habitat in America.

Capucina. 19. *S. caudata imberbis, cauda longa hirsuta, facie flavescente. Mus. Ad. Fr. 2. t. 2.*

*Habitat in Brasilia. Le Sajou Cougon.
Clamore horrendo hostes pellit; stridet sapius uti Cicada;
irata latrat more catuli.*

Sciurea. 20. *S. caudata imberbis, occipite prominulo, unguibus quatuor plantarum oblongis. Mus. Ad. Fr. 1. p. 3.*

Habitat in India.

Corpus Sciuri, griseo-virens, subtus pallidum. Ulnæ & Tibiæ ferruginæ. Cauda villosa, corpore duplo longior. Pollicum ungues rotundati.

Syrichtha. 21. *S. caudata imberbis, ore ciliisque vibrissatis. Syst. nat. 3.*

Cercopithecus luzonicus minimus. Pet. gaz. 21. t. 13. f. 11.

Habitat in Luzonum insulis.

3. LEMUR. *Dentes Primores superiores IV: intermediis remotis.*

Inferiores VI, longiores, porrecti, compressi, paralleli, approximati.

Laniarii solitarii, approximati.

Molares plures, sublobati; antici longiores acutiores.

cardigra- 1. *L. ecaudatus. Mus. Ad. Fr. 1. p. 3. Nattpyslingen.*
dus. *Simia ecaudata, unguibus indicis subulatis. Syst. nat. 5. n. 2.*

Ani-

Species Simiarum inter Mammalia plurimæ, sed paucissimæ vite descriptæ & cognitæ, plurimæ obscure ignorantur.

Simiæ suspectæ, memores, petulantes, imitatores, gesticulatores, indociles, minantur, rident, cibos bucca morderant, pediculos venantur, tactu excellunt, natos ulnis gerunt, menstruant, terræ factæ cacant immundæ, urinæ mentu sæpe distigunt a vitæ singulari.

Animal cynocephalum tardigradum. *Seb. mus.* 1. p. 55. t. 35. f. 1. 2. & t. 47. f. 1.

Animal elegantissimum robinsoni. *Raj. quadr.* 161. *Habitat in Zeylona.*

Statura *Sciuri*, subferruginea, linea dorsali subfusca; Gula albidior. Linea longitudinalis oculis interjecta alba. Facies tecta. Auriculæ urceolatae, intus bifoliate. Pedum palmae plantaeque nude. Ungues rotundati: indicum plantarum vero subulati. Cauda fere nulla. Mammæ 2 in pectore; 2 in abdomine versus pectus.

Animal tardigradum, auditu excellens, monogamum.

Catta. 2. L. cauda annulata.

Simia-Sciurus madagascariensis, five Maucauco. Edv. av. 199. t. 199.

Habitat in Madagascar.

Statura *Felis*, subcinerea. Oculorum regiones nigrae. Caput acuminatum. Aures tectae. Cauda longa, picta annulis atris cinereisque. Ungues subulati: pollicibus plantarum rotundiores; secundit ut *Simia*, sed tardiuscule. *Habitu accedit ad Genettam auctorum.*

volans. 3. L. caudatus, membranâ ambiente volitans. †.

Cato-Simius volans camelli. *Pet. gaz.* 14. t. 9. f. 8. *Æt. angl.* 277. n. 1065.

Vespertilio admirabilis. Bont. jav. 68. t. 69.

Felis volans ternatea. Seb. mus. 1. p. 93. t. 58. f. 2. 3.

Habitat in Asia.

Membrana more *Sciuri volantis* s. *Muris volantis* a capite ad manus, a manibus per latera ad plantas, a plantis ad apicem caudae expansa. Ungues acuti. Mammæ duae pectorales. Edit fructus arborum. Ex mammis videtur *Lemuribus* s. *Simis proximum Animalculum*, sed nobis non visum; ulterius examinent autoptæ.

4. VESPERTILIO. *Dentes* erecti, acuti, approximati; primores 4 æquales.
Manus palmatæ, volitantes membrana corpus cingente.

Vampyrus. 1. *V. ecaudatus*, naso simplici, membrana inter femora *Gaderinus*
 divisa.

Vespertilio cauda nulla. *Syst. nat.* 7.

Canis volans ternatanus orientalis. *Seb. mus.* 1. p. 91. t. 57. f. 1. 2.

Vespertilio ingens. *Clus. exot.* 94. *Edv. av.* 180. t. 180. f. 2. 4.

Habitat in Asia. La Nouvelle Guyon

Noctu haurit sanguinem dormientium, cristas Gallorum & lacrymas palmarum.

Spe- 2. *V. ecaudatus*, naso infundibuliformi lanceolato.

trum. *Canis volans maxima aurita.* *Seb. mus.* 1. p. 92. t. 58. f. 1.

Habitat in America australi. Rolander. La Nouvelle Guyon.

Nares extus infundibulum referentes, superne ascendentes in folium lanceolatum. Aures ovata, interius lacinia subulata membranacea, longitudine Auriculæ.

Dentes Primores 4. Laniarii solitarii, magni, approximati reliquis. Molares anteriores breviores, obtusiores. Alarum digiti 4, quorum 1. annexus 2:do; Pollex brevis ungue arcuato. Pedes digitis 5 equalibus, unguibus arcuatis. Calcaneus exserit tendinem subulatum secundum marginem membrane inter pedes posticos, non cocuntem cum opposito. Cauda nulla.

perspicillatus. 3. *V. ecaudatus*, naso foliato plano acuminato. *Syst. nat.* 7. *Mus. Ad. Fr.* 1. p. 7.

Vespertilio americanus vulgaris. *Seb. mus.* 1. p. 90. t. 55. f. 2. *Edv. av.* 201. t. 201. f. 1.

Vespertilio rostro appendice auriculæ forma donato. *Sloan. jam.* 2. p. 330

Habitat in America.

An huc femina sequentis?

4. *V.*

Vespertilionum genus nocturnum volitat Palmis expansis palmatis membranaque laterali; Phalænâ imprimis victitans,

Spalina. 4. V. caudatus, naso foliato obcordato. *Syst. nat.* 7.
 Glis volans ternatanus. *Seb. mus.* 1. p. 90. t. 56. f. 1.
Habitat in Asia.

Ieporinus. 5. V. caudatus, labio superiore bifido. *Syst. nat.* 7.* *Mus.*
Ad. Fr. 1. p. 7.*
 Vespertilio, cato similis, americanus. *Seb. mus.* 1. p. 89.
 t. 55. f. 1.
Habitat in America.

auritus. 6. V. caudatus, naso oreque simplici, auriculis duplicatis
 capite majoribus.
L'Orcillar
Buison
 Vespertilio auribus majoribus. *Frisch. av.* 2. 103. *Edu.*
av. t. 201. f. 3. *Olear. mus.* t. 15. f. 1.
Habitat in Europa.
Distincta species auriculis, nisi solo sexu a sequenti a-
liena?

murinus. 7. V. caudatus, naso oreque simplici, auriculis capite mi-
 noribus. *Favn. svec.* 18. *Syst. nat.* 7.
 Vespertilio. *Bell. av.* 147. *Gesn. av.* 694. *Aldr. ornith.*
 1. p. 571. *Jonst. av.* 53. t. 20. *Alb. av.* 3. p. 95.
 t. 101. *Raj. quadr.* 243. *Edu. av.* t. 201. f. 2.
 Vespertilio auribus minoribus. *Frisch. av.* t. 102.
Habitat in Europa.
Noctu volat, victitat imprimis Phalanis, capitur Arctii
Lappæ calycibus, hybernat, de terra non evolat; ve-
nenatus.
Anatome. E. N. C. d. 2. a. 1. obs. 48.

Septem Vespertilionis Europæas deli-
neavit & descripsit Buison Tom. II

II. BRUTA.

Dentes Primores nulli utrinque.

5. ELEPHAS. *Dentes Primores nulli.*

Laniarii superiores elongati,

Proboscis longissima, prehensilis.

Corpus nudiusculum.

maximus. 1. ELEPHAS. *Raj. quadr. 123. Syst. nat. 11. Seb. mus. 1. t. III. f. 1.*

Elephantus. Gesn. quadr. 377. Aldr. quadr. 1. 1. c. 9. Fonst. quadr. 30. t. 78. f. 9.

Habitat in Zeylonæ paludosis ad Amnes, edit Ramos, Cocos, Gailandinae semina, Frumentum.

Maximum quadrupes. Oculi parvi. Dentes Laniarii superiores exserti (Ebur). Aures amplissima, pendula, dentata; act. angl. 277. p. 1051. Cutis crassissima, callosa. Mammarum 2 juxta pectus. Ungues in apicibus loborum pedum. Genua flexilia. Collum breve.

Proboscis longissima, extensilis, acute odorans, loco manus ipsi inserviens; ea cibum potumque haurit, hostemque pellit; ea præcisa occiditur; murem metuit sub somno ob tracheæ insertionem. Retro coit & mingit. Portat domos, vectore collo insidente; in bello armatur falcibus; vulnuscule inter axim & atlantem furiosus occiditur; cæterum prudens, docilis.

C

6. TRI-

Paxwax, Ligamentum album, ad Caput elevandum & Collum sustinendum, commune est quadrupelibus; at deest Homini & Simili, cum erecti plerumque sedent & incidunt, nec eo indigent. *Rapax.*

6. TRICHECHUS. *Dentes Primores* nulli.
Laniarii superiores folitarii.
Molares ex osse rugoso utrinque inferius duo.
Labia geminata.
Pedes posteriores coadunati in pinnam.

Manatus. 1. TRICHECUS. *Art. gen.* 79. *syn.* 107. *Syst. nat.* 37.
 Manatus. *Rond. pisc.* 490. *Gesn. pisc.* 213. *Hern. mex.* 323.
 Manati. *Clus. exot.* 133. *Aldr. pisc.* 728.
 Manati. S. Vacca marina. *Raj. quadr.* 193.
Habitat in Mari Americano.
Labium superius muricatum Vibrissis rigidis, incurvis.
Pili corporis remoti, breves. Pedes antici abbreviati, palmati, unguiculati; postici coadunati. Mammæ 2. pectorales.
Edit vegetabilia; mansuescit; musica delectatur. Caro esculenta.

7. BRADYPUS. *Dentes Laniarii obtusiusculi* remotissimi.
Molares utrinque obtusi.
Corpus pilis tectum.

tridactylus. 1. B. manibus tridactylis, cauda brevi. *Syst. nat.* 6. p. 3.
Amœn. acad. 1. p. ~~27~~* *Mus. Ad. Fr.* 4.
 Arctopithæcus. *Gesn. quadr.* 869. t. 870.
 Ai s. Ignavus. *Margr. bras.* 221. *Clus. exot.* 110. t. 373. *Seb. mus.* 1. p. 53. t. 33. f. 2. *Olear. mus.* 7. t. 6. f. 2.
Habitat in Americæ meridionalis arboribus; Visitat foliis teneris; bibi; imbres metuit.
Gula flava. Auriculæ nullæ. Cauda subovata. Digni combinati. Ungues palmarum 3; plantarum 3. Mammæ 2 pectorales. Corpus valde pilosum, vitæ tenax.

*name, pomis ra
 diibus etc*

Facile scandit, tardissime & vix incedit, attonitus quasi caput flectit; sonus senarius adscendens; clamor horrendus, lacrimæ miseræ. *Unnae, Buffon.*

Marquis. Nocturnal per 3 annos abire. Inundedit

didactylus. 2. B. manibus didactylis, cauda nulla. Syst. nat. 3. Mus. Ad. Fr. 4.

Tardigradus ceilanicus. Seb. mus. l. p. 54. t. 34. f. 1.

& t. 33. f. 4. *de Buffon*

Habitat in Zeylona. *America meridionali prope Indiam*

Corpus pilis ferrugineis undulatis. Caput rotundatum.

Auriculæ magnæ. Ungues in palmis 2, in plantis 3.

Mammæ 2 pectorales.

8. MYRMECOPHAGA. Dentes nulli.

Lingua teres, extensilis.

Corpus pilis rectum.

didactyla. 1. M. palmis didactylis, plantis tetradactylis. Syst. nat. 8.

Mus. Ad. Fr. 8. Myr Stoen.

Tamandua S. Coati americana alba. Seb. mus. l. p.

60. t. 37. f. 3.

Habitat in America australi. *Le Tourmailler Buffon*

tridactyla. 2. M. palmis tridactylis, plantis pentadactylis. Syst. nat. 8. *Myr Bjorn*

Tamandua-guacu *Marcgr. bras. 225. Seb. mus. l. p. 60.*

t. 37. f. 2. & t. 40. f. 1. *Raj. quadr. 241.*

Habitat in America meridionali. *Le Tamanoir Buffon*

Videtur Formicis, insectis, quorum nidos ungue secat.

Macula nigra a pectore versus latus ducta. Mammæ

Pectorales 2, Abdominales 6; lente currit, cauda lata

instar muscarii se regit, arbores etiam scandit.

tetradactyla. 3. M. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. Syst. nat. 8.

Tamandua 1. *Marcgr. bras. 226. Raj. quadr. 242. Seb. mus. 2. t. 47. f. 2.*

Habitat in America meridionali.

Noctu exit; die dormit capite sub brachiis recondito;

irata baculum prehendit, stertit, posterioribus pedibus

insidens. Caudæ extremitas calva, qua se ex ramis

arborum suspendere potest, quod non in præcedenti.

9. MANIS. *Dentes* nulli.
Lingua teres, extensilis.
Corpus squamis tectum.

pentada- i. M. pedibus pentadactylis. *Syst. nat.* 8. *Act. Stockh.* 1749.
 ctyla. p. 265. t. 6. f. 3.

Armadillus squamatus major ceylanicus. *Seb. mus.* 1.
 p. 88. t. 54. f. 1. *Æ.* t. 53. f. 5. *Aldr. quadr.* 667.

Lacertus squamosus. *Clus. exot.* 374. *Bont. jav.* 60.
Olear. mus. 8. t. 7. f. 1. *Pet. gaz.* 32. t. 20. f. 1.
 2. *Raj. quadr.* 274.

Myrmecophagus squamatus f. *Dæmon thebaicus.* *Herm.*
mus. 295.

Habitat in India orientali. *Vidit Formicis, Vermibus,*
Lacertis.

Corpus supra squamis basi striatis setisque interstinctis
vestitum ut strobilus; subtus hirtum est. Sed Cauda
utrinque squamosa, etiam subtus imbricata.

Auriculæ nudæ rotundatæ. Ungues primores medii ma-
jores, quibus contractis incedit.

Myrmecophagis affinis. Irata squamas erigit horrida.
Cauda pinguis in epulis expetita.

Le Pangolin et le Phatagin

Buffon Tom. IV pag. 72.

Quæ diversa Species hujus Generis

III. FERÆ.

Dentes Primores superiores sex, acutiusculi. Canini solitarii.

10. PHOCA. *Dentes Primores superiores VI paralleli: exteriores majores. Inferiores IV, paralleli, distincti, æquales, obtusiusculi.*

Laniarii I: superiores ab incisiforibus, inferiores a molaribus remoti.

Molares V s. VI, tricuspидati.

Auriculæ nullæ.

Pedes postici cœaliti.

Ursina. 1. P. capite auriculato.

Ursus marinus. Act. petropol. 2. ann. 1749.

Habitat in Camschatcæ maritimis inter Asiam & Americam proximam, primario in insula Beringii.

Impetuosissime natant, mares polygami gregatim degunt cum uxoribus, filiis, filiabus ad 120; coeunt in litore resupinata femina, vix metuunt hominem, mordent projectum lapidem, senes elumbes quiescunt pingues, proprium lapidem pro lecto habent, quem non deserunt; bella instituunt propter uxores, lectum, æquum & justum; succumbente uno accurrit alter opem laturus, mox alteri alius, ne duo contra unum, usque dum omnes praelio involuti: mæsti lacrymas fundunt copiosissimas. Steller.

Leonina. 2. P. capite antice cristato.

Leo marinus. Anson. itin. 100. t. 100.

Habitat ad polum Antarcticum.

Mas labio superiore cristato. Dentes 2 fere exserti in maxilla inferiore.

Natant gregatim, pugnant pro feminis, excubias agunt.

Rosmarinus. 3. P. dentibus laniariis superioribus exsertis. *Syst. nat.* 6. n. 8.

Rosmarinus. *Olear. mus.* 38. t. 23. f. 3. *Jonst. pisc.* t. 44. *Worm. mus.* 289. *Bonan. mus.* 269. f. 27.

Mors f. Morfz, Rosmarus. *Gesn. aqu.* 211.

Wallius. Wall-Roff. *Martens. Spitsb.* 78. t. 1. P. f. B.

Equus marinus f. Hippopotamus falso dictus. *Raj. quadr.* 191. *Le Morise (Sudon)*

Habitat intra Zonam arcticam Europæ, Asiæ, Americæ.

Vitulina. 4. P. dentibus laniariis tectis. *Syst. nat.* 6. n. 1.

Phoca f. Vitulus marinus. *Gesn. aqu.* 702. *Aldr. pisc.* 722. *Jonst. pisc.* 44. *Dodart. act.* 191. t. 191. *Raj. quadr.* 189.

Habitat in mari Europæo. *Sial.*

Dormiunt in lapide ex aqua eminente, pariunt in glacie, per quam ascendunt halitu, non descendunt. Mammæ retrahunt duas abdominis; inter Halecum catervos saginantur, a Laris provocatæ expuunt pisces.

Anatome. *E. N. C. d.* 1. a. 9. *obs.* 98. & *d.* 3. a. 7. *app.* 15.

II. CANIS. Dentes Primores superiores VI: laterales longiores distantes: intermedii lobati.

Inferiores VI: laterales lobati.

Laniarii solitarii, incurvati.

Molares VI f. VII (pluresve quam in reliquis)

familia- 1. C. cauda (sinistrorsum) recurvata. *Faun. svec.* 12. ris. *Syst. nat.* 5. *Diff. Canis* 1. t. 1. *Hund*

Canis. Gesn. quadr. 91. *Aldr. digit.* 482. *Jonst. quadr.* 122. *Raj. quadr.* 176.

- domestic. α. auriculis erectis, cauda subtus lanata. *Mushund*.
 sagax. β. auriculis pendulis, digito spurio ad tibias posticas. *Sagthund*
 grajus. γ. magnitudine lupi, trunco curvato, rostro attenuato. *Caivund*.
nis scoticus venaticus. Gesn. quadr. 249. Aldr. 545.
 Molossus. δ. magnitudine lupi, labiis ad latera pendulis, corpore to- *Blodhund*
 roso. *Canis sagax sanguinarius. Gesn. quadr. 251.*
 aquaticus ε. pilo crispo longo, instar ovis. *Dogg*.
 meliteus. ζ. magnitudine Sciuri. *Kindhund*.
 fricator. η. naso resino, auribus pendulis, corpore quadrato. *mejs*
 vertagus. θ. pedibus curvatis, trunco longo sæpius variegato.
 avicular. ι. cauda truncata. *Canis pantherinus. Aldr. digit. 555.*
 extrarius. κ. auriculis longis lanatis pendulis. *Aldr. digit. 561.*
 aegyptius. λ. nudus absque pilis. *Nehot hund*.

Habitat sepius cum homine passim, etiam spontaneus evasit.
 Caput vertice carinatum. Labium inferius lateribus den-
 tatis nudis occultatum. Mystaces ordinibus 5. f. 6.
 Nares extrorsum recurvato sinu lunares. Auriculæ
 margine baseos superiore reflexo; posteriore duplicato;
 antico trilobo. Verrucæ faciei pilosæ 7. Suturae vel-
 leris 8: collares, sternea, cubitales, abdominales, ocu-
 lares, lumbares, auriculares, anales. Mammæ 10:
 harum quatuor in pectore. Pedes subpalmati.

Edit carnes, vegetabilia farinosa, non olera. Digerit ossa;
Vomitum a gramine purgatur, cacat supra lapidem: Al-
bium græcum, septicum summum. Potat lambendo,
mingit ad latus, cum hospite sæpe centies, odorat anum
alterius, odoratu excellit naso humido. Levissime in-
cedit supra digitos, vix sudat, calidus linguam exse-
rit, cubitum iturus circumit locum, dormit auditu
acutiore, somniat. Prociis rixantibus crudelis, catul-
lit cum variis, mordet illa illos, cohæret copala jun-
ctus; gravida 63 diebus, parit sæpe 4 ad 8, masculis
patri similibus, femineis matri. Fidissimus omnium,
docilis, odit ignotos, mordet projectum lapidem, ad
musicam ululat. Latrat in peregrinos, excepto cane
Americæ australis; a Mahometanis rejectus.

- Lupus. 2. C. cauda incurvata. *Faun. suec. 13. Syst. nat. 5. warg*
 Lupus. *Gesn. quadr. 634. Aldr. dig. 144. Jonst. quadr.*
89. Raj. quadr. 173.
Habitat in Europæ sylvis, etjam frigidioribus.

Cateruatim incedit, Pecora, Equos, Sues occidit, rarius hominem; in sylvis suspiciocissimus vix audet; tractum funiculum meruit. Oculi noctu lucent.
 Anatomie. E. N. C. d. 2. a. 9. obs. 71. & cent. 10. app. 450.

- Hyæna. 3. C. cauda recta annulata, pilis cervicis erectis, auriculis nudis. *Syst. nat. 5.*
 Lupus marinus. Bellon. aquat. 33. t. 34. *Fonst. quadr. t. 57. Gesn. quadr. 674.*
 Taxus porcina s. Hyæna veterum. *Kampf. amœn. 411. t. 407. f. 4.*
Habitat in India. Gilfras.
 Magnitudo Suis, Pili dorsi subspithamæi, erecti, apicibus nigris. Oculi rostro propinquiores. Auriculæ nude. Cauda annulis nigricantibus verticillata; crura annulis nigris variegata. Striæ corporis fuscæ & nigre, transversales, a dorso ad ventrem ductæ.
Excavat terram degitque in antris, diutius sine cibo vivit, in humana cadavera sevit, quæ e tumulis effodit, cœmitoriis infesta.
- Vulpes. 4. C. cauda recta: apice albo. *Syst. nat. 5.*
 Vulpes. *Gesn. quadr. 966. Aldr. dig. 195. Fonst. quadr. 82. Raj. quadr. 177. Raf*
Habitat in Europa, Asia, Africa, antra fodiens.
 Corpus flavo rufescens. Aures recti. Maxillæ albæ. Pedes antice nigrescentes.
Degit in antris, quæ fodit animal astutissimum; sevit in Agnos, Anseres, Gallinas, Arviculas, non Accipitres foetidioresque; colligit stercora animalium. Fragrat ambrosiaco odore supra basin caudæ.
- Alopex. 5. C. cauda recta: apice nigro. *Syst. nat. 5.*
 Vulpes campestris vulgo.
Habitat in Europa, Asia.
- Lagopus. 6. C. cauda recta: apice concolore. *Syst. nat. 5.*
 α. Vulpes alba. *Kalm. babus. 236. Swalltræka*
 β. Vulpes cærulefcens. *Faun. Suec. 14. Blå Råf.*
Habitat in alvibus Lapponicis, Sibiria.
 Pedes densissime pilosi ut in Lepore.
- aureus. 7. C. Lupus aureus dictus. †. *Archivials*
 Lupus aureus. *Kampf. amœn. 413. t. 407. f. 3. Raj. quadr. 174.*

Felis Historia af Buffon wäl
utredd, Kommer öfwerens med
Linnei Leo och Tigris, men Pardus,
Onca och Pardalis confunderade
Panthere, L'Once e' Leopard
hos Buffon, äro gamla worldens
3^{ne} Species Felis, likaså Caracal
Lejonets utprägare.

Men Caguar och Couguar äro
Amerikas Tigrar, mindre farlige
än Asiens.

Lynx är gemensam för gamla
och nya worlden, likaså Wild.
och Hus. katten.

Leonet torde kunna bestämgit
genus och skiljas från kattslag.
tet.

Vulpes indiæ orientalis. *Valent. mas.* 452. t. 452.

Adill. Bell. itin. 160.

Habitat in oriente.

Nitide flavus, catervatim incedit, furto deditus; uno clamante clamant remoti alii, ambulante sono nocturno; ululatus execrabilis, quasi ejulatus latratu interceptus. Descriptio vera animalis etiamnum deficit.

12. FELIS. *Dentes Primores æquales.*

Molares terni.

Lingua retrorsum aculeata.

Ungues retractiles.

Leo.

1. F. cauda elongata, corpore helvulo.

Felis cauda elongata floccosa, thorace jubato. Syst. nat. 6. p. 4. n. 1.

Leo. Gesn. quadr. 572. *Aldr. dig.* 2. *Forst. quadr.* 72.

Dodart. act. 1. t. 1. & 7. t. 7. *Raj. quadr.* 162.

Habitat in Africa. Gesn.

Color luteo-rufus. Fons quadrata. Cor maximum. Maris Thorax hirsutus Caudaque floccosa.

Segnis, esuriens prædatnr de Equis et majoribus quadrupedibus, nec nisi famelicus homine; Jugatur accensa flamma; canibus coercetur. Retro mingit & coit? Rugitus horrendus a tracheæ annulis integris imbricatis.

Anatome. E. N. C. d. 1. a. 2. obs. 6. Barth. act. 1671. n. 17.

Tigris.

2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis.

Syst. nat. 4. n. 2.

Tigris. Gesn. quadr. 936. *Aldr. dig.* 101. *Forst. quadr.*

84. *Bont. jav.* 52. t. 53. *Raj. quadr.* 165.

Habitat in Asia. Gesn.

Magnitudo Leonis. Macula virgatæ, transversæ. Pulcherrimum animal tremenda velocitatis, homini pessimus, desolat inãos; Mas occidit proprios filios.

Anatome. E. N. C. d. 1. a. 2. obs. 7. & a 9. obs. 194.

Pardus.

3. F. cauda elongata, corpore maculis superioribus orbiculatis; inferioribus virgatis. *Syst. nat.* 4. n. 3.

Panthera, Pardalis, Pardus, Leopardus. Gesn. quadr. 824.

C 5

Par-

Felis genus sobriam, scendit facile arbores, noctu potissimum speculatur.

Pardus mas, Panthera femina. *Alp. ægypt.* 237. t. 15. f. 2.
 Pardalis. *Raj. quadr.* 166.
 Tigris mexicana. *Hern. mex.* 498. t. 498.
 Pinum Dasypus. *Nieremb. nat.* 153. t. 153.
Habitat in Indiis. Panter

Onca. 4. F. cauda elongata, corpore flavescente maculis nigris rotundato angulatis medio flavis.
 Pardus f. Lynx brasiliensis. *Raj. quadr.* 168.
 Jaguar. *Mægr. bras.* 235.
Habitat in America meridionali.

Pardalis. 5. F. cauda elongata, corpore maculis superioribus virgatis; inferioribus orbiculatis. *Syst. nat.* 4. n. 4.
 Cato-Pardus mexicanus. *Hern. mex.* 512. t. 512.
 Catus Pardus f. Catus americanorum. *Raj. quadr.* 169.
Habitat in America. willratt.
 Magnitudo *Melis supra fuscus, subtus albicans; Lineæ punctaque nigra per totum corpus longitudinaliter sparsa, sed pedes & abdomen tantum punctis; Latera lineis latioribus albis & fuscis pinguntur. Aures breves, margine bifidæ absque penicillis. Pedes 5-4. Cauda verticillato-variegata proportione Cati. Mystaces 4 ordinum: in singulo ordine setæ 3. f. 5, albæ basi nigrae, longitudine capitis.*

Catus. 6. F. cauda elongata, corpore fasciis nigricantibus; dorsalibus longitudinalibus tribus; lateralibus spiraliibus.
 Felis cauda elongata, auribus æqualibus. *Faun. succ.* 3.
Syst. nat. 4. n. 6.
 Felis vulgo Catus. *Gesn. quadr.* 98. *Aldr. quadr.* 565.
Raj. quadr. 98.
 Felis. *Aldr. dig.* 564. *Fonst. quadr.* 180. t. 72.
Habitat in Europæ australis sylvis. Katta.
Moribus congenerum, tranquilla, ore molat, caudam erigit; excitata agilissima, scandit, irata fremit odore ambrosiaco, Murum Leo, in prædam intenta caudam movet, oculi noctu lucent, inhiando prædam haurit, clamando rixandoque misere amat. Pupilla interdiu perpendiculari oblonga, noctu tereti ampliata; angustus complicatis incedit, parce bibit, urina corrosiva, stercus sepelit, carnes edit vegetabiliaque respuit, os instante tempestate manu lavat, dorsum in tenebris electrisat; in altum acta decidit in pedes. Pulices non habet. Delectatur Maro, Nepeta, Valeriana.

- Lynx. 7. *F. cauda abbreviata, apice atra, auriculis apice barbatis. Felis cauda truncata, colore rufescente maculato. Faun. Suec. 4. Syst. nat. 4. n. 7. It. Wgoth. 222.*
 Lynx cervarius. *Gesn. quadr. 677. Tourn. it. 2. p. 185.*
 Lynx. *Aldr. dig. 90. Jonst. quadr. 82. t. 31. Raj. quadr. 166.*
Habitat in Europæ sylvis & desertis. Wang. 500.
Cauda semoribus paulo brevior apice atra. Palpebra inferior albicans, ut & superior versus canthum majorem. Macula linearis fusca pœne oculos. Auricularum apices nigri. Palpebræ albæ.

Meles

13. VIVERRA. *Dentes Primores VI: intermediis brevioribus.*
Molares plures quam tres.
Lingua retrorsum aculeata.
Ungues exserti.

- Ichneumon. 1. *V. cauda e basi incrassata sensim attenuata. Meles digitis mediis longioribus: lateralibus æqualibus, unguibus subunitormibus. Hasselqv. itin. 191.*
Meles unguibus uniformibus, leucophæa. Syst. nat. 6.
Mus pharaonis. Alpin. ægypt. 14. t. 3.
 Ichneumon. *Bellon. itin. 96. pisc. 44. Gesn. quadr. 568. Aldr. quadr. 300. t. 301.*
 β. *Mustela glauca. Syst. nat. 5. Amœn. acad. 2. p. 109. t. 574. t. 567.*
Quil s. Quirpele. Garc. arom. 163.
Serpenticida s. Muncos. Rumpf. herb. 7. p. 69. t. 28. f. 2. 3.
 Ichneumon indicus. *Edu. av. 199. t. 199.*
 Ichneumon s. *Vulpecula zeilanica. Seb. mus. 1. p. 66. t. 41. f. 1.*
Habitat in Ægypto ad ripas Nili, & in India primario; mansuescit. La. Manguste. Buffon.
Frons plana. Labium superius prominens. Auriculæ rotundatæ. Mystaces simplici serie in omnibus labiis lateralibus ad marginem. Lingua scabra. Pollex a reliquis distinctus. Cauda basi crassa, sensim attenuata, longitudine corporis. Folliculus ante aperturam ani,
 sub

Buzon har Aft. *distincta Moustetis*
 eller stinkande *Vivernes*
Le Coase, Le Chinche, Le Forille. &
Le Conepato, den sista är wiss
Putorius, Pleat, Skunk och
Fiskatt i Kalms Resa, men owiss
 om *Le Coase* är *Memphitis* eller
Sebas Usquiepatb.
 De 3 första äro alla från *War-*
masse America, men den sista
 från *Norra, Virginia, Maryland,*
Pensylvanien, etc.
 alla äro de rätt wackra djur,
 men skrämde och jagade, för suam
 sig med den wedderwärdigaste lug

Civeta Clus. cur. 57.

Animal Zibethicum. Raj. quadr. 178. Dodart. act. 155.

Hern. mex. 538. 580. 581. Olear. mus. 7. t. 6. f. 3.

Hyæna veteribus, nunc Civetta. Bellon itin. 94.

Habitat in Indiis. Zibeth.

Corpus oblongum. Rostrum obtusum. Dentes Primores superiores 6, paralleli: intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medii paulo breviores: alternis interioribus. Laniarii solitarii, utrinque distantes. Molares acuti, denticulati. Aures tectæ, breves. Corpus pili secundum dorsum longiores, cinereo nigroque undati, rigidiusculi. Pedes subtus nudi. Ungues 5-5, canini. Cauda felis annulata.

Utriculus Zibethi inter anum & vulvam in utroque sexu.

Anatome. Barth. cent. 4. n. 1. & cent. 5. n. 49.

sub æstu apertus. Pili albido & griseo nigrescente verticillati. Magnitudo Cati; calcaneis incedit. Vicitat muribus, aviis, ovis, amphibis, herbis; ova Crocodili effodit & haurit; Serpentum hostis.

Memphi-2. V. cauda fusca luteo annulata, corpore spadiceo sub-
tus. flavescente.

Yschiepatl. *Hera. mex.* 332. *Seb. mus.* 1. p. 68. t. 42. f. 1. *Raj. quadr.* 181.

Habitat in America.

Magnitudo Martis. Color supra albus, subtus ex albo & nigro variegatus. Pedes talis incedentes. Ungues 5-5. anteriores compressi, longi; posteriores breviores, subtus excavati. Dentes Primores superiores in meo nulli; Primores inferiores 6, aequales, quorum 2 interiores; Laniarii supra & infra utrinque approximati. Irritata fundit cum ventris crepitu halitum fetidissimum, ut nihil cum eo comparari queat.

Putorius. 3. V. fusca lineis quatuor albidis dorsalibus parallelis.

Putorius americanus striatus. *Catesb. carol.* 2. p. 62. t. 62.

Polcat, Skunk, Fiskatta. *Kalm. itin.* 2. p. 378.

Habitat in America septentrionali.

Cauda longitudine corporis, villosa.

Irritata ut antecessus halitum explodit, quo nihil fetidius. *Le Comte de Buffon*

Zibetha. 4. V. cauda annulata, dorso cinereo nigroque undatim striato.

Civetta *Clas. cur.* 57.

Animal Zibethicum. *Raj. quadr.* 178. *Dodart. act.* 155.

Hera. mex. 538. 580. 581. *Olear. mus.* 7. t. 6. f. 3.

Hyena veteribus, nunc Civetta. *Bellon itin.* 94.

Habitat in Indiis. Zibeth

Corpus oblongum. Rostrum obtusum. Dentes Primores superiores 6, paralleli: intermedii paulo minores; inferiores paralleli: medii paulo breviores: alternis inferioribus. Laniarii solitarii, utrinque distantes. Molares acuti, denticulati. Aures testæ, breves. Corporis pili secundum dorsum longiores, cinereo nigroque undati, rigidiusculi. Pedes subtus nudi. Ungues 5-5, canini. Cauda felis annulata.

Utriculus Zibethi inter anum & vulvam in utroque sexu.

Anatome. *Barth. cent.* 4. n. 1. & *cent.* 5. n. 49.

Genetta. 5. V. cauda annulata, corpore ^{Cinereo} fulvo-nigricante maculato. †
Genetta f. Ginetta. Raj. quadr. 201. Bell. itin. 76. Gesn.
quadr. 550.

Habitat in Oriente juxta rivos. ^{desjanskatt.}
Caudæ annuli 8 nigri; totidemque albicantes. Corpus
croceo-nigricans, bene olens, maculis nigris ordine
dispositis; mihi geperis obscuri.

Color cinereo-nigricans, Nomen ^{Linnæi} *Genetta*
mansueti, murum *hæstia*.

14. MUSTELA. Dentes Primores superiores VI, cre-
cti, acutiores, distincti.
Inferiores VI obtusio-
res conferti: duo in-
teriores.

Lingua lævis.

Lutris. 1. M. plantis palmatis pilosis, cauda corpore quadruplo
breviore

Lutra marina. Act. petropol. 1749. p. 267.

Lutra brasiliensis. Raj. quadr. 187.

Habitat in Asia & America septentrionali.

Lutra. 2. M. plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio bre-
viore.

Lutra digitis æqualibus. Faun. suec. 10.

Lutra. Bell. aquat. 31. v. 32. Gesn. aquat. 515. Aldr.
quadr. 294. Dodart. act. 147. v. 147. Raj. quadr. 187.

Habitat in Europæ aquis dulcibus, fluviis, stagnis,
piscinis.

Vicitat piscibus, ranis, cancris. Utter

Anatome E. N. C. d. 1. a. 3. obs. 195 & d. 2. a. 10.
obs. 112. & cent. 10. app. 468.

Gulo. 3. M. plantis fissis corpore rufo-fusco medio dorsi nigro.
Faun. suec. 6. Syst. nat. 5. n. 1.

Gulo. Ol. Magn. Scheff. lapp. 339. Racq. polon. 339.

Habitat in alpinis Lapponiæ, Ruffiæ, Sibiria sylvis es-
sissimis. Gars.

Vicitat leporibus, avibus, Rangiferis, cadaveribus, ad-
mittit vulpem; voracior arso; sætidus; Pellis præstan-
tissima, pretiosissima.

Anatome. Barth. cent. 4. obs. 30.

- barbara. 4. *M. atra*, collo subtus macula alba triloba.
Habitat in Brasilia. Ac. Holmens.
 Confer. *Brown. jav. 485. t. 49. f. 1. Galera?*
Statura Martis at nigra pilis rigidioribus; auriculæ rotundæ, villosæ. Area ante oculos cinerascens. Maculæ sub medio collo, non vero sub gula. Mammæ pone umbilicam 4.
- Martes. 5. *M. plantis fissis*, corpore fulvo nigricante, gula pallida.
Mustela fulvo-nigricans, gula pallida. Faun. Suec. 7.
Syst. nat. 5. n. 2.
Martes. Gesn. quadr. 151. Jonst. quadr. t. 64. Raj. quadr. 200.
Habitat in sylvis antiquis.
Vicitat Scivris, Muribus, Avibus. Mart.
- Putorius. 6. *M. plantis fissis*, corpore flavo nigricante, ore auriculisque albis.
Mustela flavescente nigricans, ore albo, collari flavo.
Faun. suec. 8. Syst. nat. 5. n. 3.
Putorius. Gesn. quadr. 767. Aldr. ungu. 330. Jonst. quadr. t. 64. Raj. quadr. 199.
Habitat inter Europæ rupes & lapidum acervos. Mer Noctu prædatur Cuniculos, Gallinas, Aviculas, Ova rapit; ano halitu foetidissima.
- Furo. 7. *M. plantis fissis, oculis rubicundis. †*
Mustela sylvestris Viverra dicta. Raj. quadr. 199.
Habitat in Africa. Cuniculorum hospis.
Putorio minor; Auriculæ arrectæ patulæ breves; Oculi rubicundi. Raj.
- Zibellina. 8. *M. plantis fissis*, corpore obscure fulvo, fronte exalbida, gutture cinereo. †
Mustela Sibellina. Raj. quadr. 201.
Habitat in Asia septentrionali. Zibell.
Color fulvo-obscurus gutture cinereo; anterior pars capitis & auriculæ exalbido-cinereæ. Raj. Vibrissæ ad Supercilia, nares, os longissima.
- Erminea. 9. *M. plantis fissis, caudæ apice atro.*
Mustela vulgaris. Gesn. quadr. 149. Aldr. ungu. 307.
Jonst. quadr. t. 74. Raj. quadr. 195.

β Mu-

Mustelæ genus corpore elongato pedibusque brevibus est, currit trunco incurvato, scandit arbores, salt ex arbore in arborem.

- β. *Mustela candida* f. *Ermineum*. *Raj. quadr.* 198.
Mustela alpina candida. *Vagn. helvet.* 180.
Habitat in Europa & Asia frigidiorē; hyeme præsertim in alpinis regionibus nivea. Scermelin
Confer. *Mustela javanica*. *Seb. mus.* 1. p. 77. t. 48. f. 4.
Cauda dimidia extrorsum nigra; corpus hyeme album; æstate rufum excepto abdomine, pectore, gula. Pellis pretiosa hodie feminis nostratibus.
Edit Pisces, carnes, Mures, ova, Fungos, non vegetabilia; avarissima, fœtida, siticulosa, noctu prædatur; terrefacta epilepsia corrigitur.

15. URSUS. *Dentes Primores superiores VI, intus excavati alterni.*
Inferiores VI; laterales 2 longiores lobati; secundarii basi interiores.
Laniarii solitarii, conici.
Molares V f. VI: primo laniariis approximato.
Lingua lævis.
Membrana nictitans. Nasus prominens.
Penis scatens osse recurvaro.

- Arctos. 1. U. cauda abrupta. *Faun. succ.* 2. *Syst. nat.* 4. n. 1.
Ursus. Gesn. quadr. 14. *Aldr. digit.* 117. *Fonst. quadr.* 1. 55. *Dodart. act.* 67. t. 67. *Raj. quadr.* 171.
Habitat in sylvis Europæ frigidae. Biorn.
Irrequietus; abstemius hybernat intra Muscos; lambit pedes (Barth. act. 1674. p. 34); insat prædam.
Ursus maritimus albus major, arcticus, Martens. Spitzb. 73. t. O. f. C. *forte distincta species est, nobis non visa.*
- luscus. 2. U. cauda elongata, corpore ferrugineo, rostro fusco, fronte fasciæque laterali longitudinali albida.
Ursulus lupi affinis americanus. Edw. av. 1. p. 103. t. 103.
Habitat ad sinum Hudsonis.

Meles. 3. U. cauda concolore, corpore supra cinereo subtus nigro, fascia longitudinali per oculos auresque nigra.

Meles unguibus anticis longissimis. *Faun. suec.* 15.

Syst. nat. 6.

Meles. *Gesn. quadr.* 686. *Graffling.*

Taxus. *Aldr. digit.* 264. *Fonst. quadr. t.* 64. *Raj. quadr.* 185.

Habitat in Europa inter rimas rupium & lapidum.

Venatur cuniculos, antra fodit inhabitatque; sterco in eodem loco deponunt inhabitantes extra antrum; die latet, corradi Labyrinthum in hycemem, folliculum putorium supra anum hauriens hybernans.

Anatome. *E. N. C. d. 2. a. 5. obs.* 32. *& d. 3. a. 3. obs.* 163.

Lotox. 4. U. cauda annulata, fascia per oculos transversali.

Ursus cauda elongata. *Syst. nat.* 4. *Act. Stockb.* 1747. *t.* 9. *f.* 1.

Mus indicus alius. *Gesn. quadr.* 741.

Vulpi affinis americana. *Raj. quadr.* 179.

Racon. *Kalm. it.* 2. *p.* 228. *n.*

Coati-monde. *Marcgr. bras.* 228. *Fonst. quadr.* 139.

Worm. mus. 319. *Dodart. act.* 181. *t.* 181. *Major. mosc.* 30. *Raj. quadr.* 180.

Felis montana americana. *Seb. mus.* 1. *p.* 68. *t.* 42. *f.* 1.

Habitat in Americæ maritimis. Le Raton. Buffon

Cauda crassa, ferruginea annulis nigris.

Edit libenter ova, Gallinas; cibum lavat; odoratu tactuque excollit; mentis tenacissimus, dormit a 12 noctis in 12 diei; pellitur setis porcinis. Penis osse incurvato scetet.

IV. BE-

Ursi genus scelerat interdum arborem, at non salit, sed descendit posterioribus præcun-
tibus. Talis communiter incedit. Penis osse curvato scetet.

IV. BESTIÆ.

Dentes Primores utrinque: intermediis distantibus.

*Laniarii semper uno plures utrinque:
Nasus ultra os prominens.*

16. SUS. *Dentes Primores Superiores IV, convergentes.*

Inferiores VIII patuli.

*Laniarii Superiores II breviores,
Inferiores II exterti.*

Scrofa. 1. S. dorso antice setoso, cauda pilosa. *Fn. svec. 36. Syst. nat. 12.*

Aper. Gesn. quadr. 146. Aldr. bisulc. 1013. Jonst. quadr. 74. Raj. quadr. 96. willswir

β. Sus. *Gesn. quadr. 872. Aldr. bisulc. 937. Jonst. quadr. t. 47. Raj. quadr. 92.*

γ. Sus chinensis. *It. Wgoth. 62. It. Scan. 72.*

Habitat in Europa australiore.

Aper vix differt a Sue domestico, nisi quod lanam inter setas non habeat.

Chinensis dorso subnudo, abdomine ad terram usque dependente differt

Varietas frequens Upsaliae Suis domestici semper monunguli, in cæteris eadem species.

Animal odore pollens, naribus fodiens: tendinibus truncandis; quisquiliis, sterco, succulenta, variisque spurcata vorans; multa seligens; pinguiissimum, stupidum, somnolentum, tempestatum prænuncium & impatiens; apricatur in sole, in cæno se volutat, immundum, grunniens, accurrit clamanti adversus hostem spumante ore dentibusque horrens, Crotalis infestum; tardum venere: pene laxo longo; mammis numerosissimis, prole innumera; laborat pediculis, scabie, scrophulis, pipere. Ganæe numerosa materies, Atletis & exercitatis salubris, non vero criticis; saccharo s. ficu imprimis altis laudatur: inde Pernæ, Sincipitia, Trunculi, Costæ, Sumina, Vulvæ, Iscia, Botalli, Juscula; at sterco in fluxu sanguineo valet.

- Porcus. 2. S. Dorso postice setoso, cauda longitudine pedum, umbilico cystifero. *Syst. nat.* 12.
 Porcus guineensis. *Raj. quadr.* 96.
Habitat in Africa.
Affinis priori. Corpus rufum. Auriculæ acuminatissimæ.
Cauda longa, nuda.
Vellus setis caret, nisi supra clunes.
- Tajacu. 3. S. dorso cystifero, cauda nulla. *Syst. nat.* 12.
 Tajacu. *Pis. Ind.* 98.
 Tajacu s. Aper mexicanus moschiferus. *Tyson. act. n.* 153. *Raj. quadr.* 97.
 Quaiguara. *Marcgr. bras.* 229. *Barth. cent.* 3. n. 44.
 Quavlista cognati Quapizott. *Hern. mex.* 637. t. 637.
Habitat in Mexici, Panamæ, Brasiliæ montibus, sylvis;
edit Ranas, Serpentes.
 Corpus cinereum; fascia flava circum humores; crux nigra supra nasum.
 Pedes nigri: macula alba supra genua antica. Setæ fastigiate nigre inter breves aures, nec in dorso. Rotuberantia ad latera oris & supra nasum. Glandula secretoria supra clunes, secretans odoratum liquorem ambrosiacum. Z. Hallman.
- Babyrus. 4. S. dentibus duobus caninis fronti innatis. *Syst. nat.* 12.
 fa. Babyroussa. *Bont. jav.* 61. *Barth. cent.* 2. obs. 96.
Grew. mus. t. 1. Seb. mus. 1. p. 80. t. 50. f. 2. Raj. quadr. 96.
Habitat in Borneo Indiæ orientalis.
 Magnitudine Cervi. Dentes Laniarii superiores II, perforantes cranium frontis, recurvati ut 2 cornua; inferiores utrinque solitarii, magni, adstant præteritis.
17. DASYPUS. *Dentes . . .*
 Corpus testa ossea cataphractum, Zonis intersecta.
- Unicinctus. 1. D. tegmine tripartito, pedibus pentadactylis. *Syst. nat.* 6.
 Tatu s. Armadillo africanus. *Seb. mus. 1. p. 47. t. 30. f. 3. 4.*
 β. Dasypus cingulo simplici. *Syst. nat.* 6.
 Tatu mustelinus. *Raj. quadr.* 235. *Grew. mus. 19. t. 1.*
Habitat in Africa.

- tricinctus. 2. D. cingulis tribus, pedibus pentadactylis.
 Dasypus cingulis tribus. *Syst. nat.* 6.
 Tatou f. Armadillo. *Red. exper.* 91. t. 92.
 Tatu f. Armadillo orientalis. *Seb. mus.* 1. p. 62. t. 38.
 f. 2. 3.
 Tatu apai.a. *Marcgr. bras.* 232. *Pis. bras.* 100. *Raj.*
quadr. 234.
 Armadillo f. Tatou genus alterum. *Clus. exot.* 107.
 Armadillo. *Grew. mus.* 17. *Olear. mus.* 8. t. 6. f. 4.
Habitat in India orientali. & Occidentali vide Bufon
- quadricinctus. 3. D. cingulis quatuor. *Syst. nat.* 6. *Ton IV pag 90.*
 Cheloniscus. *Column. aquat.* 2. p. 15. t. 16.
Habitat. forte in China
- sexcinctus. 4. D. cingulis senis, pedibus pentadactylis. *Mus. Ad. Fr.* 7.
 Dasypus cingulis sex. *Syst. nat.* 6.
 Tatu f. Armadillo primus. *Raj. quadr.* 233.
 Tatu f. Tatu-pera. *Marcgr. bras.* 231.
 Armadillo f. Tatou. *Clus. exot.* 230.
Habitat in America Meridionali.
- septemcinctus. 5. D. Ungulis septenis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Amœn. acad.* 1. p. 281.
 Dasypus cingulis septem. *Syst. nat.* 6. *Tatuete & cinctus*
Habitat in Indiis. Bufon p. 99
An sufficienter a sequente distinctus?
- novemcinctus. 6. D. cingulis novem, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Mus. Ad. Fr.* 6.
 Dasypus cingulis novem. *Syst. nat.* 6.
 Tatou f. Armadillus americanus. *Seb. mus.* 1. p. 45.
 t. 29. f. 1. *S.* t. 53. f. 6.
 Tatuë brasiliensis. *Marcgr. bras.* 231. *Raj.* 9. *quadr.*
 233.
 β. Dasypus. *Hern. mex.* 314. *Le Cachicame Bufon*
Habitat in America meridionali. pag. 103.

Habit etiam Bufon 12. e. 18 cincti Dasypii
Kabafon & Cirquinon dicit.

18. ERINACEUS. *Dentes Primores* II, paralleli, subcuneati, longiores, distantes: superiores remotiores.

Laniarii II ubique, anteriorum decumbentes, parvi.

Molares III f. IV acuti, lobati.

Corpus spinis obtectum.

europæus. I. ERINACEUS. *Fn. sv.* 16. *Syst. nat.* 6. *It. Goth.* 264. Echinus f. Erinaceus terrestris. *Gesn. quadr.* 368. *Aldr. quadr.* 459. *Fonst. quadr.* 119. t. 68. *Raj. quadr.* 231. *Seb. mus.* 1. p. 78. t. 49. f. 1. 8.

Habitat in Europa. *igekholi*

Mitis, *ambrosiacus*, *polyphagus*, *nocturnus*, *monogamus*, *hybernans*, *nidificans* e Musco in fruticibus, metu se contrahens, naribus cristatis.

Anatome E. N. C. d. 2. an. obs. 65. & an. 6. obs. 105. & cent. 10. app. 447. *Barth. act.* 1671. n. 90.

19. TALPA. *Dentes Primores superiores* VI.

Inferiores VIII.

Laniarii major I, & minores IV.

Molares acuminati.

europæa. I. T. caudata, pedibus pentadactylis. *mullivad*
Talpa caudata. *Syst. nat.* 7. *Faun. suec.* 17. *It. Scan.* 332.

Talpa. *Gesn. quadr.* 931. *Aldrov. digit.* 451. *Raj. quadr.* 236. *Seb. mus.* 1. p. 68. t. 41. fig. 1, 4.

Habitat in Europæ humosis sub terra, victitans e Lumbricis, non plantis, noctu prædatur.

Anatome E. N. C. d. 1. a 2. obs. 51. & d 2. a 1. obs. 130.

Penis omnium animalium longissimus. *Pellis delicatula.*

asiatica. 2. *T. ecaudata*, palmis tridactylis.

Talpa sibirica variegata. *Seb. mus.* 1. p. 51. t. 32.
f. 4, 5.

Habitat in Sibiria.

20. SOREX. *Dentes Primores* Superiores II, bifidi.
Inferiores IV: intermediis 2 brevioribus.

Laniarii utrinque plures.

Araneus. 1. *S. cauda corpore* longiore.

Sorex. Faun. suec. 33.* *Syst. nat.* 10.

Mus araneus. Gesn. quadr. 741. *Aldr. digit.* 441. t. 442.

Fonst. quadr. t. 66. *Raj. quadr.* 239.

Habitat in Europæ cryptis. *Nalbmus.*

Auriculæ breves, amplæ. Cauda longa.

cristatus. 2. *S. naribus cristatis*, cauda corpore brevior.

Habitat in Pennsylvania. *P. Kalm.*

Facies Talpæ, colore atro, palmis niveis.

Auriculæ nullæ. Rostrum longissimum. Cauda subnuda, corpore dimidio brevior, concolor. Narcs singula stella palmata radiis 10. f. 15. subulatis, nudis ut in Erinaceo. Dentes primores superiores 2; inferiores 4. Laniarii utrinque plures.

aquaticus. 3. *S. plantis palmatis*, palmis caudaque corpore brevioribus albis.

Talpa virginianus niger. Seb. mus. 1. p. 51. t. 32. f. 3.

Habitat in America septentrionali. *P. Kalm.*

Facies precedentis, sed cinerea aut fusca, palmis albis.

Cauda corpore quadruplo brevior, alba. Dentes primores superiores 2; inferiores 4: intermediis brevissimis. Laniarii utrinque plures, discreti.

21. DIDELPHIS. *Dentes Primores Superiores* X.
Inferiores VIII: inter-
 mediis 2 brevissimis.
Laniarii longi.
Molares denticulati.
Lingua subciliata.
Folliculus abdominalis mamma-
 rum.

anarfu- 1. D. mammis 8 intra abdomen. *Amœn. acad.* 1. p. 279.
 ptalis. *Syst. nat.* 10. *Mus. Ad. Fr.* 10.

Philander. *Seb. mus.* 1. p. 64. t. 39.

Opossum. *Tafel. acc.* 290. p. 1565.

Carigue. *Laët. amer.* 551.

Cariguetta brasiliensibus. *Marcgr. bras.* 222. *Pis. bras.*

323. *Junq. quadr.* 136. t. 63.

Maritacaca. *Pis. bras.* 323. *Raj. quadr.* 182.

Thiaquatzien. *Hernand. mex.* 330.

Habitat in America.

Corpus *Melis*, magnitudine *Felis majoris*. Rostrum co-
 nicum, longum suis instar, carinatum, rictu longissi-
 mo vultus. Nares perpendiculares, lunares. Vibrissæ
 5 orarium, longæ; setæ pone oris rictum 8, sub gu-
 la 5. Auriculæ rotundatæ, atræ apicibus albis. Den-
 tes molares lobati: anteriores simplices: primi mini-
 mi; reliqui ut in charactere Tibiæ nigræ, heves
 pilis brevibus. Cauda nuda, longitudine corporis, quasi
 segmentis ex rugis, prehensilis. Manus 5 dactylæ,
 fissæ. Digniti teretes, nudi, æquales. Ungues com-
 pressi, arcuati. Planta ut in palmis: Pollex omni-
 no muticus.

Pullos lactantes territosque intra abdomen recipit mater.

Philan- 2. D. cauda basi pilosa, auriculis pendulis, mammis qua-
 der. ternis.

Thaquizin s. Tai-ibi brasiliensibus. *Seb. mus.* 1. p. 57.
 t. 36. f. 4.

Habitat in America.

IG .11

Figur-

Figura Sebæ aliena rostro rotundiore, fascia fusca trans oculos, pollice postico unguiculato, quod non in nostro. Ubera duo: mammis in singulis 2.

- Opos-
sum. 3. D. cauda semipilosa, superciliorum regione pallidiore, *Le Sangue*
mammis biis. *Bugon*
Philander, Opossum f. Carigueja. *Seb. mus. 1. p. 56. Tom IV*
t. 36. f. 1, 2.
Habitat in America.
Abdomen circa mammas contrahitur in marsupium; pol-
lices postici mutici. *pag. 134*
- 79
murina. 4. D. cauda semipilosa, mammis fenis. *Amœnit. acad.*
l. 279.
Mus sylvestris americanus. Seb. mus. 1. p. 48. t. 31.
f. 12, 36.
Habitat in Asia, America.
Ungues digitis omnibus acuti, exceptis pollicibus po-
sticis. Numerus mammarum Variat.
- dorsige-
ra. 5. D. cauda basi pilosa corpore longiore, digitis manuum
muticis. †
Mus sylvestris americana. Seb. mus. 1. p. 49. t. 31. f.
5, 4. & 2. p. 90. t. 84. f. 4. Merian. Jurin.
Habitat in America.
Pallos in dorso gerit caudis cirrhi instar convolutis.
Oreos de Surinam dicitur

V. GLIRES.

Dentes Primores bini supra & infra, a molaribus remoti.

Laniarii nulli.

22. RHINOCEROS. *Dentes Primores II.*
Cornu naso insidens.

unicor-
nis,

1. R. cornu unico conico. *Syst. nat. 11. n. 1.*
 164. OSTRACION Dentes *utrinque plures*. Corpus *testâ ossea*.
 165. TETRODON Dentes *utrinque duo*. Abdomen *muricatum*.
 166. DIODON Dentes *utrinque solitarii*. Corpus *echinatum*.
 167. CENTRISCUS Pinna Ventralis *solitaria*. Corpus *loricatum spina*.
 168. SYNGNATHUS Pinnae Ventrals *nullæ*. Corpus *articulatum*.
 169. PEGASUS Pinnae Ventrals *binæ*. Corpus *articulatum*.

I. APODES.

119. MURÆNA. *Caput læve. Nares tubulosæ. Membrana branchiostega radiis X, ejusque Apertura ad pinnas pectorales. Corpus teretiufculum, lubricum. Pinna caudæ coadunata dorsali anique.*

Helena. 1. M. pinnis pectoralibus nullis.

Art. gen. 25. syn. 41. Gron. muf. 1. n. 16. Muf. Ad. Fr. 1. p. 319. Muræna pinnis pectoralibus carens.

Seb. muf. 2. t. 69. f. 4, 5.

Catesb. car. 2. t. 20, 21. Muræna maculata nigra, & viridis.

Habitat in Europæ, Americæ Oceano.

Cænarum Helena, Romæ in piscinis: natat ad magistrum delicata Muræna, Martial; Ved. Pollio damnata mancipia immergebat vivariis Murænarum, ut in visceribus suis aliquid de Servorum suorum corpore gustaret. Plin. IX: 23. Morsu infesta.

Ophis. 2. M. cauda aptera cuspidata, corpore tereti.

Art. gen. 24. syn. 41. Muræna teres gracilis maculosa, cauda tereti cuspidata apterygia.

Habitat in Oceano Europæo.

Serpens. 3. M. cauda aptera acuta, corpore tereti.

Art. gen. 24. syn. 41. Muræna exacte teres, cauda acuta apterygia.

Habitat in Oceano Europæ australis.

D.--P.16.V.--A.--C.--

- Angvil- 4. M. maxilla inferiore lon-
la. giore, corpore unicolore. D. 1000. P. 19. V. 0. A. 100. C. -
*Art. spec. 66. gen. 24. syn. 39. Fn. svec. 290. Mu-
ræna unicolor, maxilla
inferiore longiore.*
*Habitat in Europa; maxima in lacu Cornachio Ferrar-
riensi; non fert Danubium.*
*Nocturna; latet in cæno duplici foramine; coërcetur trun-
co albo Betule; cutis tenacissima; parit vivipara, sub
canicula. Act. Holm. 1750. p. 194.*
- Myrus. 5. M. pinna ambiente alba
margine nigro.
*Art. gen. 24. syn. 40. Mu-
ræna rostro acuto lituris
albis vario, margine pin-
næ dorsalis nigro.*
Habitat in Mari Mediterraneo.
- Conger. 6. M. rostro tentaculis duo-
bus linea laterali ex pun-
ctis albida.
*Art. gen. 24. syn. 40. Mu-
ræna supremo margine
pinnæ dorsalis nigro.*
Habitat in Oceano Europæo.
- cæca. 7. M. apterygia, rostro acutiufculo.
Habitat in Mari Mediterraneo. E. Brander.
*Corpus Anguillæ absque omni pinna. Aperturæ bran-
chiarum sub collo. Maxillæ acuminatæ dentibus ace-
rosis. Nares tubulosa sub rostro. Oculos nullos video;
ad occiput puncta 7 perforata; itidem 7 supra caput
in medio, & anteriùs iterum quater duo. Anus pro-
pior capiti quam caudæ.*

120. GYMNOTUS. *Caput* operculis lateralibus.
Tentacula duo ad labium superius.
Membr. branch. radiis V.
Corpus compressum, subtus pinna carinatum.

Carapo. 1. G. nudus, dorso apterygio.

Art. gen. 25 *syn.* 43. *Amœn.*

acad. 1. p. 318. t. 14. f. 6.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 76.

Gymnotus.

B. 5. D. 0. P. 13. V. 0. A. 200. C. 0.

Habitat in America.

Abdomen carnofo-carinatum; *Pinna* ani in cauda apicem excurrente.

asiaticus. 2. G. squamosus, dorso pin-

nato.

D. 46. P. 14 V. 0. A. 28. C. 16.

Habitat in Asia.

Piscis plus quam spithameus, crassiusculus, *tectus* squamis lævibus, rotundatis, distinctis, etiam supra caput, cui puncta 5 excavata, uti etiam aliquot in maxillis inferioribus. Anus in medio corporis. Linea lateralis elevata, recta, sed descendens supra anum. Color obscurus fasciis fuscis. Puncta alba in pinna dorsali & postica parte corporis. Ob opercula lateraliter ampla aperienda & ob squamas nequit esse Muræna; pinna dorsalis incipit pone caput & extenditur sere ad caudam. Caput depressum, læviusculum. Tentacula 2 truncata, ante nares posita. *Membr. branch.* 5. *Corpus* subcylindricum, postice compressum. *Pinna* dorsi mox post nucham incipiens.

121. TRICHIURUS. *Caput* porrectum, operculis lateralibus. *Dentes* subulati: anteriores conferti.
Membr. branch. radio I.
Corpus compresso-ensiforme.
Cauda subulata, aptera.

Lepturus. 1. TRICHIURUS.

Art. spec. 111. *Lepturus*. B.7. D.100. P.11. V.0. A.105. C.0.
Mus. Ad Fr. 1. p. 76. t. 26.

f. 2. *Lepturus*. B.7. D.124. P.12. V.0. A.0. C.0.
Gron. mus. 1. n. 47. *Gymna-*
ster. B.7. D.138. P.11. V.0. A.0. C.0.

Brown. jam. 444. t. 45. f. 4.

Gymnogaster argenteus
compressus, cauda atte-
nuata impinna

Habitat in America, China.

Totus argenteus, exsiliens ex aquis saepe in Cymbam.

122. ANARHICHAS. *Caput* obtusiusculum. *Dentes* confertissimi, rotundati: antici VI, conici.
Membr. branch. rad. VI.
Corpus teretiusculum. *Pinna* caudæ distincta.

Lupus. 1. ANARHICHAS. *Art. gen.*

23. *syn.* 38.

Gron. mus. 1. n. 44. *Ana-*
rhicas.

D.73. P.20. V.0. A.45. C.18.

Habitat in Oceano septentrionali Angliæ, &c.

Lapis Busonites ex hujus piscis dente.

123. AMMODYTES. *Caput* compressum, corpore angustius. *Labium* superius duplicatum. *Mandibula* inferior angusta acuminata. *Dentes* acerosi.
Memb. branch. rad. VII.
Corpus teretiusculum squamis vix conspicuis. *Cauda* distincta.

Tobias

Tobianus. 1. AMMODYTES. *Art. gen.* 16.

syn. 29. *spec.* 55.

B.7. D.54. P.12. V.0. A.28. C.15.

- Fn. suec.* 303. Ammodytes. B. 7. D. 54. P. 13. V. 0. A. 28. C. 15.
It. scan. 141. Ammodytes. B. 5. D. 50. P. 12. V. 0. A. 26. C. 15.
U. al. 87. Ammodytes. B. 7. D. 60. P. 15. V. 0. A. 32. C. 14.
Mus. A. Fr. 1. p. 75. Ammodytes. B. 7. D. 60. P. 14. V. 0. A. 30. C. 16.
Habitat in Europæ Oceano arenoso, in gyrum contractus, e centro apice capitis arenam penetrat.

124. STROMATEUS. *Caput compressum. Dentes in maxillis, palato. Membr. branch. radiis . . . Corpus ovatum, lubricum; Cauda bifida.*

Fiatola. 1. *S. subfasciatus.*
Art. gen. 19. *syn.* 33. Stromateus. D. 46. P. 25. V. 0. A. 34. C. --
Habitat in Mari Mediterraneo, & Mari Rubro. Piscis pulchre variegatus; ventriculi duo.

Paru. 2. *S. unicolor.*
Stoan. jam. 2 p. 281. t. 250.
 f. 4. *Paru brasiliensi con-*
gener. Raj. pisc. 51.
Habitat in America.

125. XIPHIAS. *Caput maxilla superiore terminatum rostro ensiformi; Os edentulum. Membr. branch. radiis VIII. Corpus teretiulculum.*

Gladius. 1. XIPHIAS. *Art. gen.* 30.
syn. 47. D. 41. P. 17. V. 0. A. 15. C. --
Habitat in Oceano Europæ.
Schelkameri Anatome Xiphii piscis.

II. JUGULARES.

126. CALLIONYMUS. *Caput* labio superiore duplicato; *Oculi* approximati.

Membr. branch. radiis V.
(Gron.) *Aperturæ* laterales (sæpius clausæ, nucha foraminibus respirante).

Corpus nudum. Pinnae ventrales remotissimæ.

Lyra. 1. C. dorsalis prioris radiis longitudine corporis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 71. Uranoscopus.

D.4,10. P.18.V.6. A.10. C.10.

Fn. suec. 283. Trachinus maxilla superiore longiore, pinna dorsi priore altissima.

Gron. mus. 1. n. 64. Uranoscopus officulo primo pinnæ dorsalis longitudine corporis.

D.4,10. P.19.V.5. A.10. C.10.

Gron. Ad. Ups. 1740. p. 121. t. 8. Cottus officulis pinnæ dorsalis longitudine corporis

D.4,10. P.19.V.5. A.10. C.10.

Ad. angl. 293. p. 1749. Gurnardus luteus.

Habitat in Mari Atlantico.

Dracunculus. 2. C. dorsalis prioris radiis corpore brevioribus.

Gron. mus. 1. n. 63. Uranoscopus officulo primo pinnæ dorsalis primæ unciali.

D.4,9. P.20.V.5. A.9. C.10.

Art. gen. 49 *syn.* 77. *Cot-*
tus pinna secunda dorfi
alba.

D. 4, 10. P. 12. V. 6. A. 9. C. 12.

Habitat Genuæ, Romæ.

indicus. 3. C. capite lævi longitudi-
naliter rugoso, operculis
latere aperiendis. B. 7. D. $\frac{1}{7}$, 13. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. 13. C. 11.

Habitat in Asia. *Mus. Ac. Holmens.*

Caput depressum, supra longitudinaliter rugosum. Ma-
xilla inferior paulo longior. Os scabrum. Lingua ob-
tusa, emarginata. Aperturæ branchiarum magnæ, la-
terales. Opercula anteriora spina gemina; postica spi-
na solitaria. Corpus valde depressum, lividum. Anus
in medio. Radius primus P. dorsalis prioris brevissimus,
remotus. P. ventrales valde distantes. Piscis medius
quasi inter Callionymum, Uranoscopum & Trachinum.

127. URANOS COPUS. Caput depressum, scabrum,
majus. Os simum; ma-
xilla superiore brevior.

Membr. branch. rad. V, pa-
pilloso-dentata. *Opercula*
membranaceo-ciliata.

Corpus: anus in medio.

scaber. I URANOS COPUS. D. 4, 14. P. 16. V. 5. A. 13. C. 12.

Art. gen. 42. *syn.* 71. Tra-
chinus cirris multis in
maxilla inferiore.

D. 3, 14. P. 16. V. 5. A. 13. C. --

Habitat in Mari Mediterraneo.

Caput scabrum, depressum. Pinna dorfi prior nigra.

128. TRACHINUS. Caput minus læve, compressum.
Membr. branch. rad. VI; oper-
culorum lamina inferiore fer-
rata.

Corpus: anus prope pectus.

Draco. I. TRACHINUS. *It. scan.* 325.

- Art. gen.* 42. *syn.* 70. *Fn.*
svcc. 282 Trachinus ma-
 xilla inferiore longiore,
 cirris destituta. D.5,31. P.16.V.6. A.32.C.12.
Gron. mus. 1. n. 97. Idem
 nomen. D.6,30. P.15.V.6. A.34.C.--
Gron. Act. Uff. 1742. p. 95.
 Idem nomen. D.6,30. P.16.V.6. A.30.C.12.
Habitat in Oceano septentrionali.
Spinæ P. dorsalis prioris pungunt venenatissima. Barth.
act. 3. *obs.* 84.

129. GADUS. *Caput læve.*

Membr. branch. rad. VII, teretibus.

Corpus oblongum squamis deciduis.

Pinnae omnes cute communi ve-
 stitæ: dorsales atque plures: ra-
 diis mucicis. *Pectorales* in acu-
 men attenuatæ.

* *Pinnis dorsalibus tribus, ore cirroso.*

Æglefi- 1. *G. tripterygius cirratus* al-
 nus. bicans, cauda biloba. ma-
 xilla superiore longiore.
Fn. svcc. 297.

Art. gen. 20. *syn.* 36. *spec.*
 64. *Gadus* dorso tripte-
 rygio, ore cirrato, cor-
 pore albicante, maxilla
 superiore longiore, cauda
 parum bifurca.

Gron. mus. 1. n. 59. Idem
 nomen.

It. scan. 325. *Gadus* Kolja.

D.15,20,19. P.18.V.6. A.24,21.C.--

It. Wgot. 178. *Gadus* dor-
 so tripterygio, ore papil-
 loso.

D.16,18,20. P.17.V.6. A.22,21.C.23.

Habitat in Oceano Europæo.

- Callarias. 2. *G. tripterygius cirratus* varius, cauda integra, maxilla superiore longiore. *Fn. svec.* 293. D. 15, 19, 19. P. 20. V. 6. A. 18, 18. C. 23.
Art. gen. 16. *syn.* 35. *spec.* 63. *Gadus* dorso tripterygio, ore cirrato, colore vario, maxilla superiore longiore, cauda æquali. D. 15, 19, 18. P. 20. V. 6. A. 19, 17. C. --
Gron. mus. 1. n. 58. idem. D. 15, 19, 18. P. 10. V. 6. A. 16, 16. C. --
It. æl. 87. *Gadus balthicus* Torfk. D. 14, 19, 17. P. 17. V. 6. A. 20, 16. C. --
It. scan. 220. *Gadus Callarias balthicus.* D. 15, 19, 17. P. 18. V. 6. A. 17, 16. C. 24.
Habitat in Oceano Europæo & Balthico.
- Morhua. 3. *G. tripterygius cirratus*, cauda subæquali, radio primo anali spinoso. *Fn. svec.* 295.
Art. syn. 35. *Gadus* dorso tripterygio, ore cirrato, cauda æquali fere cum radio primo spinoso.
It. Wgot. 176. *Gadus Kabbeljä.* D. 15, 20, 16. P. 20. V. 6. A. 21, 16. C. --
Habitat in Oceano Europæo.
Ova quotannis 9344000 ponit. Leuwenh.
- luscus. 4. *G. tripterygius cirratus*, radio ventralium primo setaceo. D. 13, 23, 18. P. 11. V. 6. A. 31, 18, C. 17.
Art. gen. 21. *syn.* 35. *Gadus* dorso tripterygio, ore cirrato, officulo pinnarum ventralium primo in setam longam producto.
Habitat in Oceano Europæo.
- barbatus. 5. *G. tripterygius cirratus*, maxilla inferiore punctis utrinque septem.

Art. gen. 21. syn. 37. spec.

65. Gadus dorso tripterygio, ore cirrato, longitudine ad latitudinem tripla, pinna ani prima officulorum 30. D.13,24,21.P.19.V.6.A.30,21.C.--

Art. syn. 111. Phycis (secundum D. Kæblerum).

D.12,18,14.P.14.V.5.A.25,16.C.30.

It. Wgot. 177. Gadus Torfk.

D.12,20,20.P.18.V.6.A.19,19.C.40.

It. Wgot. 178. Gadus lineae excavata pone caput.

D.13,17,19.P.18.V.6.A.18,17.C.--

Habitat in Oceano Europæo.

Fico Romanis hodie, cirro in mento, puncta maxilla inferioris utrinque 7; macula fusca ad pin. pectorales. D. Kæbler.

minutus. 6. G. tripterygius cirratus, ano in medio corporis.

Art. gen. 21. syn. 36. Gadus dorso tripterygio, ore cirrato, corpore fescunciali, ano in medio corporis.

D.12,19,17.P.13.V.6.A.27,17.C.--

Habitat in M. Mediterraneo.

* * *Pinnis dorsalibus tribus, ore imberbi.*

virens. 7. G. tripterygius imberbis, dorso virecente. *Fn. svec.*

296.

D.13,20,19.P.17.V.6.A.24,20.C.--

Gron. Act. Ups. 1742. p. 90.

Idem.

D.13,20,19.P.17.V.6.A.24,20.C.40.

Habitat in Oceano Europæo.

Merlan- 8. G. tripterygius imberbis albus, maxilla superiore longiore. *Fn. svec.* 294.

Art. gen. 19. syn. 34. spec.

62. Gadus dorso tripterygio, ore imberbi, corpore albo, maxilla superiore longiore.

D.14,21,20.P.21.V.6.A.33,23.C.31.

Gron.

- Gron. mus.* 1. n. 55. Idem.
D 14,23,18.P.16.V.4.A.28,19.C.--
- It. scan.* 326. t. 2. f. 2. Gadus Hvitling
D 14,18,10.P.20.V.6.A.30.20.C.--
- It. Wgot.* 176. Gadus Hvitling.
D.14,20,20.P.17.V.6.A.30.22.C.--
- Habitat in Oceano Europæo.*
- Carbona-9. G. tripterygius imberbis,
rius. maxilla inferiore longiore,
linea laterali recta.
Art. gen. 20. *syn.* 34. Gadus dorso tripterygio imberbi,
maxilla inferiore longiore
linea laterali recta. D.14,20,22.P.18.V.6.A.22,19.C.--
- Habitat in Oceano Europæo.*
- Pollachius. 10. G. tripterygius imberbis,
maxilla inferiore longiore,
linea laterali curva.
Art. gen. 20. *syn.* 35. Gadus dorso tripterygio imberbi,
maxilla inferiore longiore,
linea laterali curva. D.11,19,16.P.17.V.6.A.16,18.C.--
- Gron. mus.* 1. n. 57. Idem.
D.13,17,23.P.17.V.6.A.24,23.C.--
- It. Wgot.* 177. Gadus Lybick f. Zaj. D.13,19,18.P.16.V.6.A.27,18.C.--
- Habitat in Oceano Europæo.*
- * * * *Pinnis dorsalibus duabus.*
- Merlucius. 11. G. dipterygius cirratus,
maxilla inferiore longiore.
D 10,39. P.12.V.7.A.38.C.22.
- Art. gen.* 22. *syn.* 36. Gadus dorso dipterygio,
maxilla inferiore longiore.
D.9,40.P.12.V.7.A.39.C.--
- Habitat in Oceano.*
- Molva. 12. G. dipterygius cirratus,
maxilla superiore longiore.

- Art. gen. 22. syn. 36.* Gadus dorso dipterygio, ore cirrato, maxilla superiore longiore. D. 15, 65. P. 15. V. 6. A. 62. C. --
It. Wgot. 177. Gadus Longus. D. 15, 63. P. 20. V. 6. A. 60. C. --
Habitat in Oceano Europæo.

- Lota. 13. G. dipterygius cirratus, maxillis æqualibus. *Fn. svec. 292.*
Art. gen. 22. syn. 38. Gadus dorso dipterygio, ore cirrato, maxillis æqualibus. D. 13, 76. P. 21. V. 7. A. 55. C. --
Art. spec. 107. Silurus cirro in mento unico. D. 13, 76. P. 21. V. 7. A. 55. C. 30.
Habitat in lacubus Europæis.

- Mustela. 14. G. dipterygius cirratus, cirris 5, pinna dorsali priore exoleta.
Mus. Ad. Fr. I. p. 75. Gadus dorso dipterygio, cirris maxillæ superioris 4, inferioris 1. D. 1, 42. P. 14. V. 7. A. 40. C. --
Art. gen. 22. syn. 37. G. dorso dipterygio, sulco ad pinnam dorsali primam, ore cirrato. D. 1, 56. P. -- V. 7. A. 47. C. --
Gron. Ad. Ups. 1742. p. 93. t. 3. Idem. B. 7. D. 1, 48. P. 16. V. 7. A. 43. C. 25.
Habitat in Oceano Europæo.
 * * * * *Pinna dorsali unica.*

- mediter- 15. G. monopterygius cirratus, maxilla superiore cirris duobus, inferiore unico. D. 54. P. 15. V. 2. A. 44. C. --
Habitat in Oceano Europæo.

130. **BLENNIUS.** *Caput declive, tectum.*
Membr. branch. rad. VI.
Corpus lanceolatum. Pinnae ven-
trales didactylæ, muticæ. Pin-
na ani distincta.

* *Caput cristatum.*

- Galerita. 1. B. crista capitis transversa
 cutacea. *Art. gen. 27.*
syn. 44.
Habitat in Oceano Europæo.
- cristatus. 2. B. crista setacea longitu-
 dinali inter oculos. *Gron.*
mus. 1. n. 75. B. 5. D. 26. P. 14. V. 3. A. 16. C. 11.
Habitat in Indiis.
- cornutus. 3. B. radio simplici supra o-
 culos, pinna dorsali solita-
 ria. *Mus. Ad. Fr. 2. p. .* D. 33. P. 15. V. 2. A. 23. C. 12.
Amœn. acad. 1. p. 316. Blen-
 nius pinnis ocularibus fu-
 bulatis, pinna ani officu-
 lorum XXVI. D. 34. P. 15. V. 2. A. 25. C. 11.
Habitat in India.
- ocellaris. 4. B. radio simplici supra o-
 culos, pinna dorsali ante-
 riore ocello ornata. *Mus.*
Ad. Fr. 2. p. D. 11, 15. P. 12. V. 2. A. 16. C. 11.
Art. gen. 26. syn. 44. Blen-
 nius sulco inter oculos,
 macula magna in pinna
 dorsali. D. -- P. 12. V. 2. A. 17. C. 26.
Habitat in Europa.
- Gattoru- 5. B. pinnulis superciliarum
 gine. nuchæque palmatis. D. 30. P. 13. V. 2. A. 21. C. 12.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 68. Blen-
 nius vertice superciliisque
 ciliato cristatis. D. $\frac{1}{3}$ 8. P. 14. V. 2. A. 20. C. 13.

Art. gen. 26. *syn.* 44 Blennius pinnulis 2. ad oculos, pinna ani officulorum XXIII.

D. $\frac{1}{3}$. P. 14. V. 2. A. 23. C. 12.

Habitat in Europa.

superciliosus. 6. B. pinnulis superciliarum palmatis, linea laterali curva.

Amoen. acad. 1. p. 317.

Blennius pinnulis ocularibus brevissimis palmatis, linea laterali curva.

D. $\frac{1}{2}$. P. 12. V. 2. A. 26. C. 12.

Gron. mus. 2. n. 172. t. 5.

f. 5. Blennius officulis anterioribus pinnae dorsalis majoribus.

D. $\frac{3}{4}$. P. 15. V. 2. A. 28. C. 12.

Habitat in India.

* * *Caput absque cristis.*

Pholis. 7. B. capite laevi, linea laterali curva subbifida.

D. $\frac{1}{2}$. P. 14. V. 2. A. 19. C. 10.

Art. gen. 27. *syn.* 44. (E^s Pholis) 116. Blennius capite, summo acuminato, maxilla superiore longiore.

D. 36. P. -- V. 2. A. 28. C. --

Gron. mus. 2. n. 175. idem. B. 6. D. $\frac{1}{2}$. P. 13. V. 2. A. 19. C. 10.

Habitat in Oceano & Mari Mediterraneo.

Gunnel- 8. B. pinna dorsali ocellis X
lus. nigris. *Mus. Ad. Fr.* 1.
p. 69.

D. 77. P. 10. V. 2. A. 43. C. 16.

Art. gen. 27. *syn.* 45. Blennius maculis circiter X nigris, limbo albo, utrinque ad pinnam dorsalem.

D. 78. P. 11. V. 2. A. $\frac{2}{5}$. C. --

Habitat in Oceano Atlantico.

mustela- 9. B. pinna dorsali anteriore
ris. triradiata. *Mus. Ad. Fr.*
1. p. 69.

D. 343. P. 17. V. 2. A. 29. C. 13.

3. B. pinna dorsi anteriore radiis 3, posteriore 40. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 69.* D. 3, 40. P. 16. V. 2. A. 28. C. 12.
Habitat in India.
- viviparus. 10. B. ore tentaculis duobus. *Art. syn. 45.* Blennius capite dorsoque fusco-flavescente lituris nigris, pinna ani flava.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 69. idem. D. 80. P. 19. V. 2. A. 66. C. --
Gron. mus. 1. p. 65. idem. D. -- P. 19. V. 2. A. -- C. --
Gron. Act. Ufs. 1742. p. 87. idem. D. -- P. 19. V. 2. A. -- C. --
Act. Stockh. 1748. p. 32. t. 2. Tånglake. D. 79. P. 20. V. 2. A. 70. --
Habitat in M. Europæo.
Vivos parit fœtus, quod singulare.
- Lumpenus. 11. B. corpore areolis dorsalibus fuscis.
Art. syn. 45. Blennius cirris sub gula pinniformibus quali bifidis, areolis dorsi transversis.
Habitat in Europa.
- raninus. 12. B. pinnis ventralibus subsexfidis, cirro gulari. D. 66. P. 22. V. $\frac{2}{6}$. A. 60. C. 30:
Habitat in Sveciæ lacubus.
Cum radii pinnarum ventralium quidem 6, sed 2 primores in utraque setucei sint, & tamquam veri habendi, poterit forte piscis ad hoc genus referrî ob habitum cum duobus precedentibus.

131. OPHIDION. *Caput nudiusculum.*
Membr. branch. patula radiis V.
Corpus ensiforme. Pinna dor-
lalis anique unita caudæ Pin-
næ ventralis radiis duobus:
exteriore spinoso.

barbatum. 1. O. maxilla superiore cir-
 ris quatuor. *Art. gen. 25.*
syn. 42.
Habitat in Europa australi.

imberbe. 2. O. maxillis imberbibus,
 cauda obtusiuscula.
Art. gen. 25. syn. 42. O-
 phidion cirris carens
Fn. Suec. 289. Idem no-
men. D. 79. P. 11. V. 2. A. 41. C. 18.
Habitat in Europa.

macroph- 3. O. maxillis imberbibus,
 thalium. pinna caudæ acuminata. D. 69. P. 15. V. 6. A. 62. C. 12.
Habitat in M. Mediterraneo. E. Brander.

III. THORACICI.

132. CYCLOPTERUS. *Caput* obtusum. Maxillæ denticulatæ.

Membr. branch. radiis IV.

Corpus squamis osseis distantibus angulatum. *Pinnæ ventrales* connatæ in rotatam.

Lumpus, 1. C. corpore squamis osseis angulato. *Mus. Ad. Fr.*

l. p. 57.

Fn. Svec. 275. *It. Scan.*

188. Cyclopterus.

D. 0. 21. P. 20. V. 6. A. 10. C. 9.

Art. gen. 62. *syn.* 87. Cyclopterus.

Gron. mus. n. 127. Cyclopterus.

D. 21. P. 20. V. 15. A. 10. C. 12.

Habitat in Oceano Balthico & Septentrionali.

Affinitas summa cum cartilaginoso Acipensere.

nudus. 2. C. corpore nudo. *Mus. Ad.*

Fr. l. p. 57. *t.* 27. *f.* 1.

B. 1. D. 6. P. 21. V. 4. A. -- C. 10.

Habitat in India.

133. ECHENEIS. *Caput* pingue, nudum, depressum: supra planum, marginatum, transverse fulcato-feratum.

Membr. branch. radiis X.

Corpus nudum.

Remora, 1. E. cauda bifurca, striis capitis 18.

Amœn. acad. 1. *p.* 320. E-cheneis.

D. 22. P. 28. V. 5. A. 22. C. 16.

Art. gen. 15. *syn.* 28. Eche-neis.

Gron. mus. 1. n. 33. Echeneis. D. 22. P. 25. V. 6. A. 22. C. 17.

Catesb. carol. 2. t. 26. Remora.

Habitat in Pelago Indico.

Capitis clypeo adheret aliis.

Neucrates. 2. E. cauda integra, striis capitis 24. D. 37. P. 21. V. 5. A. 37. C. 16.

Vallisn. nat. 1. t. 44.

Hasselqv. itin. 324. n. 68.

Echeneis Naucrates.

Habitat in Pelago Indico.

Differt a precedenti cauda longiore, corpore majore, pinnis acutioribus.

134. CORYPHÆNA. Caput maxime truncato-declive.

Membr. branch. radiis V.

Corpus: Pinna dorsalis longitudine Dorsi.

Hippurus. 1. C. cauda bifida, radiis dorsalibus LX. *Læfl. epist.* D. 60. P. 21. V. 6. A. 26. C. 18.

Osbeck itin. 307. B. 10. D. 60. P. 19. V. 6. A. 27. C. 20.

Art. gen. 15. *syn.* 29. Coryphæna cauda bifida. D. - - P. 20. V. 6. A. - - C. 18.

Habitat in Pelago; Nautis Dorado dictus a colore splendidissimo.

Equifelis. 2. C. cauda bifurca, radiis dorsalibus LIII.

Osbeck itin. 308. Dorado. B. 6. D. 53. P. 19. V. 6. A. 23. C. 20.

Marcgr. bras. 160. Guaracapema.

Habitat in alto Pelago.

Pulcherrimus, a priori parum distinctus.

pentadactyla. 3. C. maculis nigris quinque versus caput longitudinalibus.

Aët. Stockh. 1740. p. 460.

t. 3. f. 2. *Bleennius ma-*

culis 5 utrinque versus
caput nitris.

B. 4. D. $\frac{9}{2}$. P. 11. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{4}$. C. 13.

Valent. amb. 5. p. 435. t.

292. *Riev'er Dofyn.*

Will. icht. app. 7. t. 8. f. 2.

Habitat in India.

Novacu-4. C. capite pinnisque can-
la. cellatis lineis cærulefcen-
tibus.

*Art. gen. 15 syn. 29. Co-
ryphæna palmatis pulchre
varia, dorso acuto.*

Habitat in M. Mediterraneo.

Pompi- 5. C. dorso supra lineam la-
lus. teralem curvam fasciis
flavescentibus picto.

B. 5. D. $\frac{8}{3}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{2}{4}$. C. 16.

*Art. gen. 16 syn. 29. Co-
ryphæna cauda aequali, li-
nea laterali curva.*

Habitat in Feago.

*Corpus pingue, postice attenuatum. Linea lateralis cur-
va, flavescens. Caput obtusum. Maxilla inferior ad-
scendens. Os valde æhiscens, maxillis latere cohæren-
tibus, intus scabrum. Capitis latera cavernosa dentata.
Pinna dorsalis prior unita posteriori. Pinnae pectoria-
les admodum acuminata.*

135. GOBIUS. *Caput poris 2 inter oculos approxi-
matus: altero anteriore.*

Membr. branch radiis IV.

*Pinnæ ventrales unitæ in ovatam
12 - radiatam.*

niger. 1. G. pinna dorsi secunda ra-
diis quatuordec m.

D. 6, 14. P. 18. V. 10. A. 11. C. 14.

*Art. gen. 28 syn. 46. Go-
bins e nigricante varius,
pinna dorsi secunda ossi-
culo. um 14.*

D. 6, 14. P. 17. -- A. 14. C. --

Muj. Ad. Fr. 1. p. 74. idem.

Osbeck. iter. 131. Apocryptes cantonenfis. D.6,14.P.10.V.12.A.13.C.18.
Habitat in Europa, Asia.

Paganel- 2. G. pinna caudæ dorsali-
 lus. que secunda basi purpurascen-
 te, priori linea lutea
 terminali.

Art. gen. 29. *syn.* 46. Gobius
 linea lutea transversa,
 in summo pinnæ dorsalis
 primæ.

Hasselqv. itin. 326. Gobius
 Paganellus. D.6,17.P.17.V.12.A.16.C.20.
Habitat in Mari Mediterraneo.

Eleotris. 3. G. pinna ani radiis novem.
Chin. Lagerstr. 28. B.5. D.6,11.P.20.V.10.A.9.C.10.

Osbeck. iter. 260. Gobius
 chinensis B.5. D.6,11.P.18.V.8.A.8.C.12.

Amœn. acad. 1. p. 311. Trachinus
 capite inermi nudo, pinnis pectoralibus
 coadunatis. D.6,10.P.16.V.12.A.10.C.14.

Gron. mus. 2. n. 169. Eleotris
 pinnis ventralibus con-
 cretis? D.6,12.P.--V.10.A.9.C.--

Habitat in China.

Aphyæ. 4. G. fasciis etiam pinnarum
 fuscis. D.6,16.P.18.V.12.A.14.C.13.

Art. gen. 29. *syn.* 49. Gobius
 uncialis pinna dorsi
 secunda officulorum 17. D.6,17.P.17.V.6.A.11.C.--

Habitat in Nilo.

Jozo. 5. G. radiis dorsalibus emi-
 nentibus setaceis. D.6,13.P.16.V.12.A.13.C.14.

Art. Gen. 29. *syn.* 47. Gobius
 pinna ventrali cærulea,
 officulis pinnæ dor-
 salis supra membranam
 affurgentibus.

Habitat in Europa australi.

p etini- 6. *G. dentibus maxillæ infe-*
 aulis. rioris horizontalibus.
Chin Lagerstr 29. f. 3. D. 5, 26. P. 19. V. 12. A. 25. C. 15.
Osbeck. iter. 130. Apocry-
 ptes chinensis. B. 5. D. 5, 26. P. 18. V. 10. A. 26. C. --
Habitat in China.

anguilla- 7. *G. pinna dorsali unica.* D. 52. P. 12. V. 10. A. 43. C. 12.
 ris. *Habitat in China.*
Corpus lubricum Anguilla pingue, subdiaphana cute ut ve-
nae transparent. Pinnae omnes rubrae: Dorsalis & Ani
in caudam excurrentes. Os solum dentibus exsertum,
Pinnae pectorales valde parvae, rotundatae.

136. COTTUS. *Caput corpore latius spinosum,*
Membr. branch. radiis VI.
Corpus . . .

cataphra- 1. *C. loricatus; rostro ver-*
 ctus. rucis 2 bifidis, capite sub-
 tus cirroso.
Art. gen. 49. syn. 77. spec.
 87. *Cottus cirris pluri-*
 mis, corpore octagono. D. $7\frac{5}{2}$. P. 15. V. $\frac{1}{3}$. A. 6. C. 11.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 70. idem. D. 5, 7. P. 16. V. 2. A. 7. C. 11.
Habitat in M. Europæo.

quadri- 2. *C. verrucis capitis 4 os-*
 cornis. seis. *bn. spec. 278. Syst.*
nat. 6. p. 47. t. 4. f. 3.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 70. t.
32. f. 4.
Art. gen. 48. spec. 84. Cot-
tus scaber, tuberculis 4
corniformibus in medio
capite. D. 9, 14. P. 17. V. 4. A. 14. C. 12.
Habitat in M. Balthico.

grun- 3. *C. gula tamentis villosa,*
 mens. corpore nudo. *Mus. Ad.*
Fr. 2. p. D. 2, 26. P. 18. V. $\frac{1}{3}$. A. 22. C. 12.
Varietas alia. D. 2, 21. P. 22. V. $\frac{1}{3}$. A. 16. C. 12.

Gron. mus. 1. n. 106. Cottus
alepidotus varius, maxilla
inferiore longiore multum
cirrata.

D. $\frac{3}{25}$. P. 23. V. 3. A. 19. C. 15.

Marcgr. bras. 178. Nigvi.
Will. icht. app. t. 4. f. 1.
Gallus grunniens.
Habitat in America.

scaber. 4. C. capite striis corporisque
squamis ferratis, linea la-
terali elevata.

B. 7. D. 9, 11. P. 2. V. $\frac{1}{6}$. A. 11. C. 12.

Habitat . .

Scorpius. 5. C. capite spinis pluribus,
maxilla superiore paulo
longiore.

It. scan. 325. Ulka. D. 9, 16. P. 16. V. 3. A. 12. C. 12.

Art. gen. 49. syn. 77. spec.
86. *Fn. suec. 280* Cot-
tus alepidotus, capite po-
lyacantho, maxilla supe-
riore paulo longiore.

D. 7, 17. P. 14. V. 4. A. 13. C. 8.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 70. Cot-
tus idem.

D. 10. 14.

Gron. mus. 1. n. 104. idem. D. 10, 14. P. 16. V. 4. A. 10. C. 12.

Habitat in Oceano Europæo.

Gobio. 6. C. lævis, capite spinis dua-
bus.

Art. gen. 48. syn. 76. spec.
82. Cottus alepidotus gla-
ber, capite diacantho.

D. 7, 17. P. 14. V. 4. A. 13. C. 8.

Fn. suec. 279. idem.

D. 7, 18. P. 14. V. 4. A. 13. C. 10.

Gron. mus. 2. n. 166. Ura-
noscopus capite utrinque
monacanthio.

D. 7, 18. P. 14. V. 4. A. 12. C. 13.

Habitat in Europæ fluviiis.

Nidum in fundo format, ovis incubat.

137. SCORPÆNA. *Caput* magnum, aculeatum:
Oculi vicini. *Dentes* ma-
 xillis, palato faucibusque.
Membr. branch. radiis VII.
Corpus . . .

Porcus. 1. S. cirri ad oculos nares-
 que. D. $\frac{1}{2}$. P. 18. V. 7. A. $\frac{3}{8}$. C. 15.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 68. Zeus
 cirris supra oculos &
 nares. D. $\frac{1}{2}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 12.
Art. gen. 47. *syn.* 75. Scor-
 pæna pinnulis ad oculos
 & nares. D. $\frac{1}{2}$. P. 16. V. $\frac{1}{7}$. A. $\frac{3}{8}$. C. --
Hasselqv. itin. 330. idem. D. $\frac{1}{2}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{8}$. C. 13.
Habitat in M. Mediterraneo, Oceano.

Scrofa. 2. S. cirri ad labium inferius.
Art. gen. 47. *syn.* 76. Scor-
 pæna tota rubens, cirris
 plurimis ad os. D. -- P. 19. V. -- A. -- C. --
Gron. mus. 1. n. 203. Scor-
 pæna capite cavernoso,
 cirris geminis in maxilla
 inferiore? D. $\frac{1}{2}$. P. 15. V. -- A. 6. C. 13.
Habitat in M. Mediterraneo.

138. ZEUS. *Caput* compressum, declive: *Lab. su-*
perius membrana transversa forni-
 cata. *Lingua* subulata.
Membr. branch. radiis VII perpendi-
 cularibus: infimo transverso.
Corpus compressum.

Vomer. 1. Z. cauda bifurca, spina
 ante pinnam ani decum-
 bente.
Brown. jam. 454. Rhom-
 boida alepidota argentea,
 pinnis omnibus brevibus.

Mus. Ad Fr. 1. p. 66. t.

31. f. 9. Zeus cauda bifurca.

D. 8. $\frac{1}{2}$. P. 18. V. 4. A. $\frac{1}{9}$. C. 20.

Habitat in America.

Color argenteus. Pinna dorsi anterior radiis 4: posterioribus distinctis brevissimis spinosis; spinæ 2. pone anum. Linea lateralis valde curva.

Gallus. 2. Z. radio dorsali decimo analique secundo corpore longioribus.

Aried. gen. 35. syn. 78. Zeus cauda bifurca.

Gron. mus. 1. n. 108. idem. D. $\frac{9}{31}$. P. 20. V. 6. A. $\frac{1}{20}$. C. 17.

Brown. jam. 455. Rhomboida major alepidota, radiis anterioribus pinnae dorsalis & ani longissimis.

Marcgr. bras. 161. Abucatuia

Habitat in America.

Faber. 3. Z. cauda rotundata, lateribus mediis oculo fusco. D. 10, 23. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. 4, $\frac{4}{7}$. C. 13.

Art. gen. 50. syn. 78. Zeus ventre aculeato, cauda in extremo circinata. D. 10, 24. P. 14. V. $\frac{1}{7}$. A. $\frac{4}{26}$. C. --

Mus. Ad Fr. 1. p. 67. t. 31.

f. 2. Zeus ventre aculeato, cauda rotundata.

D. 10, 23. P. 13. V. $\frac{1}{2}$. A. 21. C. 15.

Gron. mus. 1. n. 107. idem. D. 10, 21. P. 13. V. 7. A. 4, 22. C. 14.

Habitat in Pelago.

Aper. 4. Z. cauda æquali, corpore rubente

Art. gen. 50. syn. 78. Zeus cauda æquali totus rubens, rostro reflexo.

D. 9, 23. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{26}$. C. --

Habitat Romæ, Genuæ.

139. PLEURONECTES. (*) *Caput: Oculi* ambo in eodem latere capitis.
Membr. branch. radiis IV - VII.
Corpus compressum, latere altero dorsum, altero abdomen referente.

* *Oculis a latere dextro.*

- Achirus. 1. P. oculis dextris, corpore glabro, pinnis pectoralibus nullis. *Gren. mus.*
 I. n. 42. D. 60. P. 0. V. 4. A. 48. C. 16.
Habitat Surinami.
Corpus brunneum lineis nigris transversis raris. Latus sinistrum capitis cirrosum.

- trichoda- 2. P. oculis dextris, corpore etylus. aspero, pinnis pectoralibus filiformibus. D. 53. P. 4. V. 5. A. 43. C. 16.
Art. gen. 18. syn. 33. spec. 60. Pleuronectes asper canescens, pinnis lateralibus vix conspicuis.
Habitat in Amboina.
Corpus fuscum, maculis obscuris varium.

- lineatus. 3. P. oculis dextris, lineis lateralibus septem transversis.
 Pleuronectes fuscus subrotundus glaber, lineis septem nigris transversalibus inter pinnam pectoralem & caudam. *Brown. jam. 445.*

Passer

(*) Pleuronectes inter omnia animalia singularis oculis ambobus ab eodem latere capitis & corpore latere altero superiore colorato, altero inferiore pallido, natatu obliquo.

Passer lineis transversis notatus. *Sloan. jam* 2. p. 277. t. 246. f. 2. *Raj. pisc.* 157.

Habitat in America.

ocellatus. 4. P. oculis dextris, corpore ocellis 4 atris iridibus albis. D. 66. P. 3. V. 6. A. 55. C. 14.

Habitat Surinami.

Pinna dorsalis plicata. Pinna caudæ fascia nigra.

lunatus. 5. P. oculis dextris, punctis ocellisque dimidiatis cæruleis sparsis.

Catesb. car. 2. p. 27. t. 27.

Solea lunata & punctata.

Habitat in America Septentrionali.

Hippoglossus. 6. P. oculis dextris, corpore toto glabro. *Fn. svec.* 302.

Art. gen. 17. *syn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra totus glaber.

D. 105. P. 15. V. 6. A. 79. C. --

Gron. mus. 2. n. 158. idem. D. 102. P. 16. V. 6. A. 78. C. 19.

Habitat in Oceano Europæo.

Cynoglossus. 7. P. oculis dextris, corpore oblongo glabro, dentibus obtusis, cauda subrotunda.

Gron. mus. 1. n. 39. D. 112. P. 11. V. 6. A. 102. C. 24.

Habitat in Oceano Belgium alluente.

Plateffa. 8. P. oculis dextris, corpore glabro, tuberculis 6 capitis.

Fn. svec. 301. *Art. gen.* 17. *syn.* 30. Pleuronectes oculis & tuberculis 6 in dextra capitis, lateribus glabris, spina ad anum.

D. 77. P. 12. V. 6. A. 55. C. --

It. W'got. 179. nomen *Fn. svec.*

D. 74. P. 11. V. 6. A. 54. C. 20.

It. scan. 326. Pleuronectes Slåtvar.

D. 76. P. 12. V. 6. A. 54. C. 17.

- Gron. mus.* 1. n. 36 nom.
Aited. D. 72. P. 12. V. 6. A. 51. C. 20.
Habitat in M. Europæo.
- Fleſus. 9. P. oculis dextris, linea laterali aspera, spinulis ad pinnas. *Fn. sv.* 300. D. 55. P. 11. V. 6. A. 40. C. 14.
Art. gen. 17. *ſyn.* 33. Pleuronectes oculis a dextris, linea laterali aspera, spinulis ſuperne ad radices pinnarum, dentibus obtulis
Art. ſpec. 59. Pleuronectes linea laterali aspera, spinulis ad radices pinnarum in latere oculato. D. 61. P. 12. V. 6. A. 42. C. 19.
Gron. mus. 1. n. 40. idem. D. 62. P. 12. V. 6. A. 43. C. 14.
It. ſcan. 326. idem. D. 74. P. 11. V. 6. A. 41. C. 17.
Habitat in M. Europæo.
- Limanda. 10. P. oculis dextris, squamis asperis, ſpina ad anum, dentibus obtulis.
Art. gen. 17. *ſyn.* 33. D. 79. P. 12. V. 6. A. 60. C. --
Habitat in M. Europæo.
- Solea. 11. P. oculis dextris, corpore aspero oblongo, maxilla ſuperiore longiore.
Art. gen. 18. *ſyn.* 32. *ſec.* 60. Pleuronectes maxilla ſuperiore longiore, corpore oblongo, squamis utrinque asperis. D. 91. P. 9. V. 5. A. 74. C. 14.
Fn. ſvec. 299. idem.
It. Wgot. 178. Pleuronectes Tunga. D. 71. P. 8. V. 5. A. 40. C. 40.
Habitat in M. Europæo.
- Lingua- 12. P. oculis dextris, ano ſinif-
tula. nifro, dentibus acutis.
Art. gen. 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra,

ano ad latus sinistrum,
dentibus acutis.

D. 65. P. 9. V. -- A. 45. C. --

Gron. mus. 1. n. 41. idem. D. 68. P. 10. V. 6. A. 55. C. 19.

Habitat in M. Europæo.

* * *Oculis a latere sinistro.*

Rhombus. 13. P. oculis sinistris, corpore glabro. *Art. gen.*

18. *syn.* 31.

D. 76. P. 10. V. 6. A. 57. C. --

It. Wgot. 178. Pleuronectes

Pigghvarf.

D. 71. P. 12. V. 6. A. 61. C. 18.

Gron. mus. 1. n. 43. nom.

Arted.

D. 78. P. 10. V. 6. A. 56. C. 16.

Habitat in Oceano Europæo.

Maximus Domitiani tempore captus, unde Senatus consult.

Ex hoc tempore, jam Cæsar figuli tua castra sequantur.

maximus. 14. P. oculis sinistris, corpore aspero. *Art. gen.* 18.

syn. 32.

D. 70. P. 11. V. 6. A. 50. C. 17.

En. svæc. 298. idem.

D. 64. P. 11. V. 6. A. 48. C. 16.

It. Gottl. 178. idem.

D. 59. P. 12. V. 6. A. 39. C. 16.

Gron. mus. 2. n. 159. idem. D. 65. P. 13. V. 6. A. 50. C. 16.

Habitat in Oceano Europæo.

Passer. 15. P. oculis sinistris, linea laterali sinistra aculeata.

Art. gen. 18. *syn.* 32.

Pleuronectes oculis a sinistra, linea laterali aculeata.

D. 66. P. 9. V. 6. A. 50. C. --

Habitat in Oceano Europæo.

papillo- 16. P. oculis sinistris, linea laterali curva, corpore papilloso.

D. 58. P. 12. V. 5. 6. A. 42. C. 16.

Marcgr. bras. 181. Aramaca.

Habitat in America.

140. CHÆTODON. (*) *Caput: Dentes setacei, flexiles, confertissimi, numerosissimi*

Membr. branch. radiis VI.

Corpus pictum. Pinna dorsali carnosâ squamosâ.

cane-
fcens.

1. C. spinis dorsalibus 2, radio tertio longissimo filiformi, aculeo utrinque ad os, cauda bifida.

Art. spec. 93. Chætodon canescens, aculeo utrinque ad os, officulo tertio pinnæ dorsalis setiformi longissimo.

D. $\frac{2}{46}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{36}$. C. 16.

Habitat in Indiis.

argen-
teus.

2. C. spinis dorsalibus 3, cauda bifida, pinnis ventralibus ex spinis duabus.

Chin. Lagerstr. 26.

D. $\frac{3}{32}$. P. 26. V. $\frac{2}{6}$. A. $\frac{3}{32}$. C. 17.

Habitat in Indiis.

- acumina-
tus. 3. C. spinis dorsalibus 3: radio tertio longissimo.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 63. t. 33.

f. 3. Chætodon fasciis 3 fuscis, pinna dorsalis setiformi.

D. $\frac{3}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{19}$. C. 17.

Habitat in Indiis.

- pinnatus. 4. C. spinis dorsalibus 4, pinna dorsali analique longissima.

Mus. Ad. Fr. p. 64. t. 33.

f. 6. Chætodon griseus, fascia frontali apiceque caudæ albis.

D. $\frac{4}{46}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. 28. C. 18.

Chin.

(*) Chætodon *Caudæ pinna bifida, 1, 2, 5, 10, 11, 14, 18.*

Rostrum cylindrico elongato, 8, 12, 16.

Radio pinnæ dorsalis 3 f. 4 longissimo, 1, 3, 5, 13.

Chin. Lagerstr. 25. idem. D. 30. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. 28. C. 18.
Habitat in Indiis.

cornutus. 5. C. spinis pinnæ dorsalis 7,
 cauda bifida, radio dor-
 sali tertio longissimo.

Art. syn. 92. Chætodon a-
 culeis 2 brevibus supra
 oculos, officulo tertio
 pinnæ dorsalis longissimo. D. $\frac{7}{6}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{3}$. C. 16.

Habitat in Indiis.

puncta- 6. C. spinis pinnæ dorsalis 8,
 tus. pinnis pectoralibus fal-
 catis.

B. 4. D. $\frac{9}{6}$. P. 17. V. $\frac{5}{6}$. A. $\frac{3}{6}$. C. 17.

Habitat in Asia. *Mus. Ac. Holmens.*

Corpus albidum s. argenteum punctis fascis, pone anum di-
 latatum, figura Cyprini. Oculi magni, rubri. Linea
 lateralis sursum curva. Radii 3 primi p. ani distantes.

arcuatus. 7. C. spinis pinnæ dorsalis 8,
 arcubus 4 albis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 61. t. 33.
 f. 5. Chætodon fuscus, ar-
 cubus 5 nigris.

D. $\frac{8}{3}$. P. 20. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{3}{27}$. C. 19.

Art. syn. 79. *Spec.* 91. Chæ-
 todon niger, capite dia-
 cantho, lineis utrinque 4
 transversis curvis.

D. $\frac{9}{41}$. P. $\frac{2}{25}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 17.

Habitat in Indiis.

rostratus. 8. C. spinis pinnæ dorsalis 9,
 maculaque ocellari, ro-
 stro cylindrico.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 61. t.
 31. f. 2. Chætodon ro-
 stratus, pinna dorsali pos-
 tice macula fusca.

D. $\frac{9}{45}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 14.

Gron. mus. 1. n. 109. Chæ-
 todon macrolepidotus al-
 bo-flavescens, rostro lon-

8

giffi^a

- giffimo offeo, macula nigra ad pinnam dorsalem. D. $\frac{9}{3}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. --
Habitat in Indiis.
- nigricans. 9. C. spinis pinnæ dorsalis 9, spina laterali utrinque caudæ integræ.
Art. spec. 90. *Chætodon nigrescens*, cauda albescente æquali utrinque aculeata. D. $\frac{9}{3}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{29}$. C. 16.
Hasselqv. itin. 332. *Chætodon aculeis in utroque latere ad caudam duobus.* D. $\frac{6}{3}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{2}{26}$. C. 26.
Habitat in Mari rubro.
- trioste- 10. C. spinis pinnæ dorsalis
 gus. 9, membranæ branchiostegæ 3, fasciis 5 nigris, cauda subbifida. D. $\frac{9}{2}$. P. $\frac{1}{3}$. V. $\frac{1}{3}$. A. $\frac{2}{22}$. C. 16.
Habitat in Indiis.
- lineatus. 11. C. spinis pinnæ dorsalis 9, spina laterali utrinque caudæ bifidæ.
Art. spec. 89. *Chætodon lineis longitudinalibus variis*, cauda bifurca utrinque aculeata. D. $\frac{9}{3}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{29}$. C. 16.
Habitat in Indiis.
- macrole- 12. C. spinis pinnæ dorsalis
 pidotus. 11, radio dorsali quarto filiformi longissimo.
Art. spec. 94. *Chætodon lineis utrinque 2 nigris*, radio quarto dorsali longissimo setiformi. D. $\frac{11}{3}$. P. $\frac{2}{18}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 17.
Gron. mus. 2. n. 194. *Ch. officulis dorsalibus 3 aculeatis*, quarto setiformi, 7 subsequētib; iterum aculeatis. D. $\frac{11}{3}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{21}$. C. 16.
Habitat in Indiis.

fstriatus. 13. C. spinis pinnæ dorsalis
12, corpore striato, rostro
prominente, cauda integra.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 62. t. 33.
f. 7. Chætodon flavescens,
fasciis 5 fuscis. D. $\frac{10}{30}$. P. 15. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{21}$. C. 18.

Art. spec. 95. Chætodon
macrolepidotus, lineis utri-
trunque tribus nigris latis,
linea quarta in cauda. D. $\frac{12}{33}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 17.

Amœn. acad. 1. p. 313. La-
brus rostro reflexo, fasciis
lateralibus 3 fuscis. D. $\frac{12}{33}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 17.

Gron. mus. 1. n. 110. Chæ-
todon rostro longo osseo
macrolepidotus albo fla-
vescens lineis transversa-
libus 4 brunneis. D. $\frac{12}{32}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. -

Habitat in Indiis.

aruanus. 14. C. spinis pinnæ dorsalis
12, cauda bifida, fasciis
3 fuscis.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 63. t. 33.
f. 8. Chætodon cauda bi-
furca, fasciis 3 fuscis. D. $\frac{12}{32}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{13}$. C. 16.

Habitat in Indiis.

Frons alba est.

capistra- 15. C. spinis pinnæ dorsalis
tus. 12, corpore striato, o-
cello subcaudali.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 63. t. 33.
f. 4. Chætodon pal-
lidus, fascia capitis ocello-
que subcaudali fuscis. D. $\frac{12}{32}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 18.

Gron. mus. 2. n. 195. Chæt.
macrolepidotus, linea ni-
gra ad oculos, macula
rotunda ad pinnam dor-
saleam. D. $\frac{12}{30}$. P. - - V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{18}$. C. - -

Amœn. acad. 1. p. 314. La-
brus rostro reflexo, ocello

- purpureo iride alba juxta
caudam. D. $\frac{1}{3}$ $\frac{3}{1}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{17}$. C. --
Habitat in Indiis.
- vagabundus. 16. C. spinis pinnæ dorsalis
13, corpore striato, ro-
stro cylindrico. D. $\frac{1}{4}$ $\frac{3}{0}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. 24. C. 18.
Mus. Ad. Fr. 2. p. -- Chæ-
todon rostratus, fascia ni-
gra trans oculos, triplici-
que ad caudam.
Habitat in Indiis.
- ciliaris. 17. C. spinis pinnæ dorsalis
14, operculis spinosis,
squamis ciliatis.
Gron. mus. 2. n. 192. Ch.
macrolepidotus, aculeis
utrinque 2 in operculis,
postico longissimo. D. $\frac{1}{3}$ $\frac{4}{3}$. P. 26. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{26}$. C. 17.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 62. t.
23. f. 1. Chætodon gri-
seus fasciis 4 fuscis. D. $\frac{1}{3}$ $\frac{4}{4}$. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 18.
Osborn. iter. 273. Sparus sa-
xatilis. D. $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{9}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{23}$. C. 20.
Habitat in Indiis.
- saxatilis. 18. C. spinis pinnæ dorsalis
14, pinnis ventralibus a-
cumminatis, cauda bifida,
dentibus emarginatis.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 64. Chæ-
todon cauda bifurca, fa-
sciis 5 albis. D. $\frac{1}{2}$ $\frac{4}{6}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{15}$. C. 15.
Amæn. acad. 1. p. 312. Spa-
rus fasciis 5 transversis
fuscis. D. $\frac{1}{2}$ $\frac{3}{7}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. 15.
Gron. mus. 1. n. 89. Idem. D. $\frac{1}{2}$ $\frac{3}{6}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. 18.
Habitat in India.
Habitu toto Perca a congeneribus recedit.

rotundus. 19. C. spinis pinnæ dorsalis
23, fasciis quinque pal-
lidis.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 64. Chæ-
todon rotundatus cinere-
us, fasciis 5.

D. $\frac{23}{8}$. P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. --

Habitat in Indiis.

lanceola-20. C. fasciis tribus: ocula-
ri pectorali longitudina-
lique, cauda integra.

Edw. av. 210. t. 210. Gva-
pena.

Habitat in India.

Corpus oblongum, lanceolatum: fasciæ nigrae margine
griseæ 3; prima transversa per oculos; secunda trans-
versa per thoracem; tertia a pinna dorsali anteriori
ad pinnam caudæ.

17. 141. SPARUS. Caput: Dentes incisores vel lania-
rii robusti; molares obtusiusculi,
conferti.

*Membr. branch. radiis V. Oper-
cula squamosa.*

Corpus compressum.

* *Macula nigra notati.*

Aurata. 1. S. lunula aurea inter oculos. D. $\frac{13}{24}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{15}$. C. 17.

Art. gen. 25. syn. 63. Sparus
dorso acutissimo, linea

arcuata aurea inter oculos. D. 24. P. 17. V. 6. A. 14. C. --

Gron. mas. 1. n. 90. idem. D. $\frac{12}{3}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{12}$. C. 20.

Læst. epist. idem. D. $\frac{12}{2}$. P. 15. V. 6. A. 11. C. 17.

Hasselqv. itin. 337. idem. D. $\frac{17}{24}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{14}$. C. 22.

*Habitat in Mari Mediterraneo & Oceano inter Euro-
pam Americamque.*

In meo exemplari macula nigra ad caudam.

*Romanis olim pretiosissimus Sergi auctoritate; Venori
sacer.*

- annularis. 2. *S. ocello nigro subcaudali, corpore flavescente.*
Art. gen. 37. syn. 57. Sparus unicolor flavescens, macula nigra annulari ad caudam.
Habitat in M. Adriatico, infero.
- Sargus. 3. *S. ocello subcaudali, corpore fasciis nigris.* D. $\frac{1}{2}$ $\frac{2}{6}$, P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{18}$. C. 17.
Art. gen. 37. syn. 58. Sparus lineis transversis variis, macula nigra insigni ad caudam. D. 26. P. 14. V. 6. A. 17. C. --
Habitat in M. infero.
- Melanurus. 4. *S. ocello nigro caudæ, corpore lineis longitudinalibus.*
Art. gen. 37. syn. 58. Sparus lineis longitudinalibus variis, macula utrinque ad caudam.
Habitat in M. infero.
- Smaris. 5. *S. ocello nigro laterali, pinnis pectoralibus caudæque rubris.*
Art. gen. 36. syn. 62. Sparus macula nigra in utroque latere medio, pinnis pectoralibus caudæque rubris.
Habitat in Europa australi.
- Mæna. 6. *S. ocello fusco laterali, corpore variegato.*
Art. gen. 36. syn. 61. Sparus varius, macula nigricante in medio latere, dentibus 4 majoribus.
Habitat in M. mediterraneo.
- saxatilis. 7. *S. ocello subcaudali, corpore candicante.*

Mus. Ad. Fr. 1. p. 65. Sciaena ocello ad basin pinnae caudæ. D. $\frac{1}{3}$ ⁹. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 16.

Gron. mus. 2. n. 185. t. 6. f. 3. Sparus rostro plagioplateo, rufescens, macula nigra iride alba ad caudam subrotundam. D. $\frac{1}{3}$ ⁷. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17.

Habitat Surinami.

Orphus. 8. S. ocello subcaudali, capite rufescente, cauda integra. †

Art. gen. 37. *syn.* 63. Sparus varius macula nigra ad caudam in extremo æqualem. D. 10.

Habitat . .

* * *Rubri.*

Hurta. 9. S. cauda bifida, corpore facii transversis rubris, dentibus lanariis exsertis. D. $\frac{1}{2}$ ¹. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{5}$. C. 17.

Habitat in M. Mediterraneo.

An Dentex 17?

Erythrinus. 10. S. cauda sabintegra, corpore rubro. *Mus. Ad. Fr.* 2. p. . . D. $\frac{1}{2}$ ². P. 16. V. 6. A. $\frac{7}{13}$. C. 18.

Læfl. epist. msc. D. $\frac{1}{2}$ ¹. P. 17. V. 6. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

Art. gen. 36. *syn.* 59. Sparus totus rubens, iride argentea.

Habitat in M. Mediterraneo, Americano.

Pagrus. 11. S. rubescens, cute ad radices pinnarum dorsi & ani in sinum producta.

Art. gen. 36. *syn.* 64.

Habitat in Europa australi.

* * * *Lineati.*

- Boops. 12. S. lineis longitudinalibus
obscuris: inferioribus qua-
tuor aureis argenteisque.
Art. gen. 36. syn. 61. Sparus
lineis utrinque 4 au-
reis ac argenteis longitu-
dinalibus parallelis. D. 30. P. -- V. -- A. 19. C. --
Habitat in M. infero.
- Cantharus. 13. S. cauda immaculata, cor-
pore lineis longitudinali-
bus luteis.
Art. gen. 36. syn. 58. Sparus
lineis utrinque luteis
longitudinalibus parallelis,
iride argentea.
Habitat in M. infero.
- Chromis. 14. S. cauda bifida, radio ven-
trali secundo setaceo.
Art. gen. 37. syn. 62. Sparus
officulo secundo pin-
narum ventralium in lon-
gam setam quasi producto. D. 23. P. 17. V. 6. A. 12. C. --
Habitat in Europa australi.
- Salpa. 15. S. cauda bifida, lineis
fulvis longitudinalibus u-
trinque undecim. D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{17}$. C. 17.
Art. gen. 38. syn. 60. Sparus
lineis utrinque undecim
aureis parallelis longitu-
dinalibus.
Habitat in M. Mediterraneo.
- Synagris. 16. S. cauda bifida rubra,
corpore purpurascente li-
neis utrinque 7 aureis.
Catesb. car. 2. p. 17. s. 17.
Salpa purpurascens varie-
gata.
Habitat in America septentrionali.

* * * * *Varii.*

- Dentex. 17. S. cauda bifida, corpore variegato, dentibus quatuor majoribus.
Art. gen. 36. *syn.* 60. Sparus varius, dorso acuto, dentibus 4 majoribus. D. 90. P. -- V. -- A. 10. C. --
Habitat in M. infero & supero.
- Spinus. 18. S. cauda bifida, spina dorsali recumbente. D. $\frac{1}{2}\frac{2}{3}$. P. 16. V. $\frac{1}{7}$. A. $\frac{7}{18}$. C. 16.
Læfl. epist. msc. an idem? D. $\frac{1}{2}\frac{2}{4}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 17.
Osborn. iter. 273. Sparus javanensis. D. $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. P. 15. V. $\frac{2}{7}$. A. $\frac{7}{13}$. C. 18.
Habitat in Indiis.
Corpus lituris cæruleis repandis variis pictum.
- virginicus. 19. S. cauda bifida, fasciis duabus nigris transversis, lineisque cæruleis plurimis. D. $\frac{1}{2}\frac{1}{7}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{13}$. C. 18.
Habitat in America Septentrionali. Mus. De Geer.
Opercula subserrata. Fascia prior ab humeris per oculos ad maxillam inferiorem, altera ab humeris per latera thoracis ad pinnas pectorales. Lineæ cæruleæ plures, longitudinales, parallelæ. Caudæ pinna biloba, obtusa.
- Mormyrus. 20. S. cauda bifida, fasciis argenteis nigrisque plurimis.
Art. gen. 37. *syn.* 62. Sparus maxilla superiore longiore, lineis utrinque duabus nigris transversis parallelis. D. 23. P. 14. V. 6. A. 13. C. --
Hasselqv. itin. 335. Sparus Mormyrus. D. $\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 18.
Habitat in M. infero.
- capistratus. 21. S. cauda integra, corpore albo-reticulato. D. $\frac{9}{20}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{16}$. C. 14.
Habitat in America. Mus. De Geer.
Corpus oblongum, figura Pl. Hippoglossi. Squamæ laxæ ante marginem fascia alba ad angulum rectum inflexa, unde

unde piscis reticulatus. Dentis primores magni 2 superiores, 4 inferiores. Pinna dorsalis longitudine ferre dorsi.

galilæus. 22. S. cauda integra, corpore supra virescente, subtus albo. †

Hasselqv. itin. 343. n. 76.

Sparus galilæus. B. 5. D. $\frac{17}{7}$. P. 11. V. 7. A. $\frac{3}{15}$. C. 20.

Habitat in Lacu Genezareth Galilææ. Piscatura prodigiiosa Lucæ V. ex hoc pisce.

142. LABRUS. *Caput: Dentis acuti.*
Membr. branch. radiis VI. Opercula squamosa.
Corpus: Pinnæ dorsalis radii postice ramento filiformi aucti.

* *Cauda bifurca.*

Scarus. 1. L. appendicibus transversis ad caudæ latera. †

Art. syn. 54. Scarus auctorum.

Habitat in Græciæ littoribus, Siciliam tenus.

Sub Tiberio Claudio in deliciis, ruminans; jecinora in Visellii patina s. clypeo minervæ. Piscis hodie obscurus.

cretensis. 2. L. dentibus 4 virescens, cauda bifurca. *Art. gen.*

34. syn. 57. †

Habitat in Creta & adjacentibus.

Anthias. 3. L. totus rubescens, cauda bifurca. *Art. syn. 54. D. $\frac{10}{9}$.*

Catesb. car. 2. p. 25. t. 25.

Anthea IV. Rondel.

Habitat in Europa Meridionali & America.

Hepatus. 4. L. maxilla inferiore longiore, cauda bifurca, lineis utrinque transversis

nigris.

- nigris. *Art. gen.* 35.
syn. 53. D. $\frac{10}{21}$. P. 13. V. 6. A. 9. C. --
Habitat in Mari Mediterraneo.
 Pinna dorsalis post radios spinosos, parte superiore, notatur macula nigra. *Raj.*
- griseus. 5. L. cauda subbifida, corpore subgriseo. †
Catesb. car. 2. p. 9. t. 9.
 Turdus pinnis branchialibus carens. *
Habitat in America.
Catesbans absque pinnis pectoralibus pinxit; an rite?
- lunaris. 6. L. pinna caudæ medio truncata, dorsali anique linea purpurea, labiis plicatis.
 D. $\frac{9}{23}$. P. 15. V. $\frac{0}{8}$. A. $\frac{2}{13}$. C. 16.
Gron. mus. 2. n. 180. t. 6.
 f. 2. Labrus oblongus, cauda bifurca, capite purpurascens.
 D. $\frac{9}{22}$. P. 17. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{3}{17}$. C. 14.
Habitat in Indiis.
- percularis. 7. L. cauda bifida, corpore fasciis 10, maculaque operculorum fuscis. *Chin.*
Lagerstr. 24. D. $\frac{13}{26}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{15}{8}$. C. 16.
Habitat in Asia.
- Pavo. 8. L. viridi cæruleo sanguineo canoque varius, cauda bifida.
Art. gen. 34. *syn.* 55. Labrus pulchre varius, pinnis pectoralibus rotundatis.
Hasselqv. iter. 344. n. 77.
- fuliginator. 28. C. thorace subspinoso niger, elytris cinerascens, antennis brevioribus.
Habitat in Germania. P. Forstsch.
Minor Ape; totus ater. Antennæ vix corporis longitudine. Thorax rotundatus, parce spinosus. Elytra minus acuta, rube cinereo fordido inquinata.
- coquus. 29. C. thorace subspinoso hirsuto, elytris obtusis fulcatis atris antice ferrugineis, antennis mediocribus.
Habitat in Canada. Kalm.
Spina thoracis villosi petius digitis quam oculis observantur.
- cursor. 30. C. thorace spinoso, elytris obtusis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.
Fn. suec. 481. Cerambyx rufus, coleoptrorum lineis tribus nigris longitudinalibus.
Habitat in Europa.
- kähleri. 31. C. thorace spinoso niger, thorace elytrisque macula magna nigra.
Habitat in Italia. M. Käbler.
Magnitudo media. Corpus ♂ artus nigra. Thorax sanguineus macula in tergo magna, rotundata, nigra. Elytra sanguinea: macula magna, ovali, nigra, utroque elythro communi, a medio ad apices fere extensa. Femora apice emarginata, acuta. Antennæ vix corporis longitudine.
- inquisitor. 32. C. thorace spinoso, elytris nebulosis fusco subfasciatis, antennis corpore brevioribus.
Fn. suec. 485. Cerambyx cinereus nigro nebulosus, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.
Frisch. inf. 13. t. 14.
 β. *Fn. suec. 486. Cerambyx cinereus coleoptris fasciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace spinoso.*
Habitat in Europa.
- fur. 33. C. thorace spinoso gibbo, coleoptris ovatis: fascia duplici albida, antennis filiformibus mediocribus.
Fn. suec. 487. Cerambyx testaceus, elytrorum fascia duplici albida, thorace spinoso.

B b 5

Habi-

Antennæ Breves, que corpore breviores; Mediocres quæ longitudine corporis; Longæ que corpore longiores sunt, nobis dicuntur.

Habitat in herbariis, insectorum collectionibus, avibus exsiccatis, pellibus, utensilibus, culinis, pessimus nobis hospes.

Genere anceps ob Antennas filiformes & quod caput Dermestidis more intra thoracem retrahat incurvatum.

* * * * *Thorace inermi subcylindrico.*

- carcharias. 34. *C. thorace mutico cylindrico, corpore griseo nigro punctato, antennis mediocribus. Fn. suec. 493. Gæd. inf. 2. t. 51. List. gæd. f. 106. Pet. gaz. t. 2. f. 1. Habitat in Europa.*
- scalaris. 35. *C. thorace mutico cylindrico, coleoptris linea flava dentata punctisque flavis, antennis mediocribus. Faun. suec. 494. Habitat in Europa. Variat linea carulescente loco flavæ.*
- popul-neus. 36. *C. thorace mutico cylindrico flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus. Gadd sat. 79. Cerambyx fusco cinereus, antennis nigro alboque variegatis, elytrorum punctis octo luteis. Habitat in Europa.*
- cylindri-cus. 37. *C. thorace mutico cylindrico linea albida, elytris fastigiatis nigris, pedibus anticis pallidis. Rœf. inf. 2. scarab. 2. t. 3. Habitat in Europa. Antennæ vix corpore longiores.*
- oculatus. 38. *C. thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris. Uddm. diff. 31. Cerambyx ferrugineo-rufus, elytris nigro cinereis punctis excavatis nigris. Habitat in Europa. Antennæ mediocres.*
- zonarius. 39. *C. thorace mutico cylindrico rugoso, antennis longioribus, elytris obtusis fuscis: fascia lineari albida. M. L. U. Habitat in America.*

* * * * * *Thorace inermi subrotundo f. ex gibbo depresso.*

- ferrati-
cornis. 40. *C. thorace mutico subovali, corpore lurido fusco, antennis compressis ferratis mediocribus.*
Habitat in Europa.
- rusticus. 41. *C. thorace mutico subrotundo nudo, corpore lurido, antennis brevioribus subulatis.*
Fr. succ. 42. Cerambyx fuscus, punctis thoracinis impressis.
Habitat in Europa.
- femora-
tus. 42. *C. thorace inermi subrotundo, corpore atro, femoribus rubris, antennis mediocribus.*
Habitat in Germania.
Sequenti dimidio minor, angustior; sola femora rubra. Antennae vix corporis longitudine.
- viola-
ceus. 43. *C. thorace mutico subrotundo, corpore violaceo, antennis mediocribus.*
Fr. succ. 495. Cerambyx violaceus nitens, antennis nigris, femoribus clavatis.
Gadd. diss. 28. Cantharis nigra, thorace rotundato, elytris caeruleiscentibus.
Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 6. f. 1.
Habitat in Europa.
- auratus. 44. *C. thorace dente laterali depresso viridi-inauratus, antennis nigris, femoribus posticis caeruleis.*
Habitat in America. Rolander.
Similis C. violaceo. Caput & Thorax viridi-inaurata. Dens thoracis utrinque postice a basi sinu excavatus. Elytra rubro-viridi-aurata. Antennae nigrae, vix corpore longiores. Abdomen & totum corpus subius viridi-aneum. Pedes purpurei: Femora postica caerulea.
- stigma. 45. *C. thorace submutico subrotundo excavato punctato, corpore atro, elytris laevibus: stigmate albo.*
Habitat in America. Rolander.
Totus niger. Thorax hemisphaericus, submarginatus, punctis numerosis excavatus, postice ad angulum lateralem vix dentibus duobus utrinque excavatus. Scutellum laeve, longius quam in reliquis. Elytra laevia, nigra,

nigra, singula pone scutellum lineola extrorsum obliqua alba.

- friatus. 46. *C. thorace mutico subrotundo, corpore nigro, elytris striatis, antennis brevibus.*
Habitat in Europa.
- testaceus. 47. *C. thorace mutico subrotundo glabro, corpore testaceo, antennis mediocribus. Fn. Svec. 491.*
Habitat in Europa.
- bajulus. 48. *C. thorace mutico subrotundo villosa, tuberculis duobus, antennis brevibus.*
Fn. Svec. 489. Cerambyx nigricans, thorace villosa cinereo, punctis duobus glabris.
Frisch. ins. 13. t. 10.
β. *Fn. Svec. 490. Cerambyx testaceus, thorace villosa cinereo lineolis duabus glabris.*
Habitat in Europa; in America septentrionali. Kalm.
- fennicus. 49. *C. thorace mutico subrotundo tuberculis subferrugineo obtoletis, elytris violaceis, antennis longiusculis.*
Uddm. diff. 33. Cerambyx elytris nigro caeruleis apice abdominis ferrugineo.
Habitat in Europa.
- undatus. 50. *C. thorace mutico subrotundo tuberculato, elytris fasciis duabus undulatis, antennis submediocribus. Fn. Svec. 488.*
Habitat in Europa.
- sanguineus. 51. *C. thorace mutico subrotundo elytrisque sanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus.*
Habitat Upsalix in parietibus. Isac. Uddman.
Statura omnino C. Bajuli, at Thorax supra Scutellum. Elytra, Anus omnino sanguinea, tomento vix conspicuo; reliqua atra. Thorax supra magis lateribus depressus, quam bajulus.
- castaneus. 52. *C. thorace mutico subrotundo, corporeque nigro, elytris antennis pedibusque ferrugineis, antennis brevioribus.*
Habitat in Svecia.
Magnitudo C. undati, sed paulo angustior. Femora postica nigra. Latera thoracis parum rubra. Antennae corpore breviores. Affinis C. rustico, sed minor.

180. LEPTURA. *Antennæ setaceæ.**Elytra apicem versus attenuata.**Thorax teretiusculus.** *Thorace ovato s. antrorsum oblongiusculo angustiore. Elytris apice truncatis.*aquatica. 1. *L. deaurata*, antennis nigris, femoribus posticis dentatis. *Fn. suec. 509.**Raj. inf. 100. Cantharis arundines frequentans.*β. *Leptura subæneo-violacea*, femoribus posticis dentatis. *Fn. suec. 510.**Habitat in plantis aquaticis, Nymphæis, Caricibus, Phellandrio, cujus radici adhæret pupa intra globum brunneum.*melanura. 2. *L. nigra*, elytris rubescentibus lividisve apice nigris. *Fn. suec. 499.**Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabæus arboreus major violaceo ruber.**Raj. inf. 499. Cerambyx niger, elytris flavis extremitatibus nigris.**Pet. gaz. t. 30. f. 5. Capricornus exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.**Gadd. diss. 27. Leptura thorace nigro nitido, elytris obsolete fordideque flavescens.**Habitat in Europa.*rubra. 3. *L. nigra*, thorace elytris tibiisque purpureis. *Fn. suec. 500.**Fn. suec. 497. Leptura nigra, thorace elytrisque rufis.**Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 6. f. 6. Scarabæus arboreus major purpureo-ruber.**Habitat in Europa.*virens. 4. *L. viridi-flava*, antennis luteo viridique variis. *Faun. suec. 496.**Habitat in Europa.*sericea. 5. *L. viridi-cærulea*, elytris subfastigiatis.*Habitat in Europa.*4-maculata. 6. *L. nigra*, elytris lividis : maculis quatuor nigris. *Fn. suec. 502.**Habitat in Europa.*

- meridia- 7. *L. nigra*, abdomine pedibus basique elytrorum flavis.
na. *Habitat in Germania. Forskåhl.*
Statura L. melanura, sed major; basis antennarum rufa.
Articuli pedum apice nigri. Elytrorum apices præmorfi.
- interro- 8. *L. nigra*, elytris lividis: fascia longitudinali arcuata ma-
gationis. culisque quatuor nigris.
Uddm. diff. 35. t. 1. f. 2. Leptura nigra, elytris fusco
flavis: maculis octo nigris.
Habitat in Europa.
- 6-macu- 9. *L. nigra*, coleoptris testaceis: maculis sex nigris mar-
lata. giue connexis. *En. svec. 504.*
Habitat in Europa.
- 4-fascia- 10. *L. nigra*, elytris testaceis, fasciis quatuor nigris. *Faun.*
ra. *svec. 505.*
Habitat in Europa.
- attenuata. 11. *L. elytris fastigiatis attenuatis fulvis: fasciis quatuor*
nigris, pedibus testaceis.
Habitat in Europa.
- nigra. 12. *L. elytris fastigiatis, corpore nigro nitido, abdomi-*
ne rufo.
Habitat in Europa.
* * *Thorace subgloboso, nec antice attenuato. Elytris*
apice obtusis, nec truncatis.
- virginea. 13. *L. thorace globoso nigro, elytris violaceis, abdomi-*
ne rufo.
Gadd diff. 26. Leptura nigra, elytris cærulescentibus,
toto abdomine rufo.
Habitat in Europa.
- collaris. 14. *L. thorace globoso abdomineque rubris, elytris nigris.*
Habitat in Europa.
- rutilica. 15. *L. thorace globoso tomentoso, elytris cinereis: fasciis*
linearibus albidis undatis.
Habitat in Europa.
- mystica. 16. *L. thorace globoso tomentoso, elytris fusco-cinereis*
antice rufis: fasciis linearibus arcuatis lataque canis.
Habitat in Europa.

- necydalea. 17. L. thorace subgloboso, elytris subulatis mucronatis glauco-aureis.
Habitat in America. Rolander.
Similis L. aquatica. Elytra attenuata & vere subulata, glaberrima, glauco-flavescentia, margine purpurascente. Caput nigrum. Antennæ filiformes, nigrae, corpore $\frac{1}{2}$ breviores. Femora clavata. Abdomen nigrum, teres ut ichneumoni, incisuris margine albis.
- detrita. 18. L. thorace globoso nigricante, elytris fuscis: fasciis quatuor transversis flavis, pedibus rufis.
Uddm. diff. 31. Cerambyx ferrugineo rufus, elytris nigro cinereis punctis excavatis nigris.
Habitat in Europa.
- arcuata. 19. L. thorace globoso nigro, elytris nigris: fasciis linearibus flavis: tribus retrorsum arcuatis, pedibus ferrugineis.
Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 4. f. 1. Scarabæus arboreus luteo pictus.
Uddm. diff. 30. Cerambyx nigris elytris: fasciis 4 flavis arcuatis.
Habitat in Europa.
- arietis. 20. L. thorace globoso nigro, elytris nigris: fasciis flavis: secunda antrosum arcuata, pedibus ferrugineis.
Fn. spec. 507. Leptura nigra, elytrorum lineis transversis flavis, pedibus testaceis.
Raj. inf. 82. n. 22. Scarabæus niger, lineolis luteis pulchre variegatus.
Frisch. inf. 12. t. 3. ic. 5. f. 3. List. mut. t. 31. f. 1.
Habitat in Europa.
- præusta. 21. L. thorace subgloboso fusco, elytris flavis, apice nigris, pedibus quatuor pallidis.
Fn. spec. 506. Leptura nigra, elytris flavis apice nigris.
Habitat in Europa.
- linearis. 22. L. thorace ovato, corpore cyaneo lineari, antennis longioribus. *M. L. U.*
Habitat in India.
Antennæ corpore sesquilingiores. Variat femoribus clavatis & linearibus.

181. CANTHARIS. *Antennæ setaceæ.**Elytra flexilia.**Thorax planiusculus.**Abdominis latera plicato-pappilosa.** *Clypeo semiorbiculato, antice rotundato. Femina aptera.*Noctilu- 1. *C. oblonga nigra, thorace testaceo margine laterali nigro. Fr. suec. 584.**Aldrov. inf. 492.**Column. ecphr. 1. f. 38. t. 36.**Mouff. inf. 109. f. 1. 2. Foss. inf. t. 14. f. 2.**Raj. inf. 78. 79.**Bradl. nat. 26. f. 3.**Uddm. diff. 47.**Habitat in Europa juniperetis graminosis.**Corpus nigrum. Elytra punctis excavatis, vix conspicuis.**Thorax testaceus totus.*Pyralis. 2. *C. oblongiuscula fusca, elytris margine rufescentibus, thoraceque intra marginem purpurascente.**Habitat in America septentrionali.*Lampyris. 3. *C. ovata, elytris fuscis: macula marginali triangulari flava.**Habitat in America. Rolander.**Clypeus thoracis flavus; macula fusca in fronte. Elytra fusca macula flava in medio marginis lateralis. Anus subtus apice flavus.*ignita. 4. *C. ovata, elytris fuscis: macula marginali ovata lutea.**Habitat in America. Rolander.**Clypeus antice maculis 2 fuscis. Corpus fuscum. Alæ nigre. Abdomen totum subtus flavum.*lucida. 5. *C. oblonga, elytris fuscis margine exteriori luteis, abdomine toto subtus flavo.**Habitat in America.**Simillima C. noctilucae, sed pallidior, & Abdomen totum flavum. Antennæ & Caput nigra.*phosphorea. 6. *C. oblonga subtestacea, abdomine atro: postice flavissimo.**Habitat in America. Rolander.**Abdominis segmenta duo ultima flavissima, porisque duobus pertusa. Antennæ nigra.*

- maurita- 7. *C. elytris lividis*, corpore flavo.
 nica. *Habitat in Algeria. E. Brander.*
Diplo major prima. Clypeus s. thorax, Pectus, Abdo-
men obsolete flava. Elytra exolete subfusca. Femina
s. Aptera triplo major nostrate cum puncto flavo ad
angulum anteriorem cujusvis segmenti corporis.
- chinen- 8. *C. elytris testaceis apice nigris. Osb. iter. 224. **
 sis. *Habitat in Asia.*
- italica. 9. *C. elytris fuscis, thorace rufo: medio nigro.*
Habitat in Italia. F. Rathgeb. Equ.
Minor reliquis. Fusca sunt Elytra, Caput, Antennae,
Abdomen, exceptis 2 ultimis segmentis flavis. Thorax
rufus medio macula nigra. Pectus, & Pedes lutei.
Femina nigra, singulo segmento supra ad angulum
marginalem macula testacea; in segmentis tribus pri-
mis majoribus.
- * * *Clypeo planiusculo utrinque truncato s. quadrato: la-*
teribus rotundatis marginatis.
- fusca. 10. *C. thorace marginato rubro macula nigra, elytris fu-*
scis. Fn. succ. 586. It. æl. 38.
Raj. inf. 84. n. 29. & 101. n. 2.
Frisch. inf. 12. t. 3. icon. 6. f. 5.
Habitat in Europa frequens.
Savit sepe in propriam speciem.
- livida. 11. *C. thorace marginato, tota testacea.*
Fn. succ. 585. C. elytris testaceis, thorace rubro im-
maculato
Raj. inf. 84. n. 26. Cantharis sepiarius major e rufo
flavicans.
Habitat in Europa.
- rufa. 12. *C. thorace marginato, tota rufa, epigastrio alisque nigris.*
Habitat in Europa.
- sanguinea. 13. *C. thorace marginato: macula nigra, tota rubra, ely-*
tris sanguineis.
Fn. succ. 587. Cantharis elytris rubris, thorace rubro
macula nigra.

Raj. inf. 101. n. 4. *Frisch. inf.* 12. t. 3. ic. 7. f. 2.
Habitat in Europa.

obscura. 14. C. thorace marginato marginibus rubris, elytris nigris.
Habitat in Europa.

*Similis C. fusca, sed duplo minor; abdominis ultima
 segmenta subit non rubra, sed nigra, quamvis latera
 segmentorum rufa. Thorax non rufus macula media
 fusca, sed niger solis marginibus lateralibus rubris.*

lateralis. 15. C. thorace marginato rubro, corpore fusco, elytris
 margine exteriore flavescens.

Habitat in Europa.

ænea. 16. C. thorace marginato, corpore viridi-æneo, elytris
 extrorsum undique rubris. *Fn. svec.* 588.

Raj. inf. 77. Scarabæus minor, corpore longiusculo,
 elytris rubicundis.

Schieff. monogr. 1754. t. 2. f. 10, 11.

Habitat in Europa.

bipustulata. 17. C. thorace marginato, corpore æneo-viridi, elytris
 apice rubris. *Fn. svec.* 589. *It. æl.* 127.

Raj. inf. 101. n. 7.

*Habitat sæpe in Caricibus Larva rapax minorum in-
 sectorum.*

pedicularia. 18. C. thorace marginato, corpore atro, elytris apice
 rubris.

Habitat in Europa.

Pediculo aequalis, quater minor præcedente.

fasciata. 19. C. thorace marginato virescente, elytris nigris: fasciis
 duabus rubris. *Fn. svec.* 590.

Habitat in Europa.

biguttata. 20. C. thorace marginato atro, elytris nigris apice flavis.

Fn. svec. 591.

Habitat in Europa.

minima. 21. C. thorace marginato rufo macula nigra, corpore fu-
 sco, elytris apice flavis. *Fn. svec.* 592.

Fn. svec. 598. *Necydalis* elytris apice puncto flavo.

Habitat in Europa.

- testacea. 22. *C. thorace marginato flavo macula nigra, corpore nigro, elytris pedibusque lividis.*
Fn. swec. 593. Cantharis nigra, elytris lividis.
Habitat in Europa.
- pectinata. 23. *C. atra, clypei lateribus basi que exteriore elytrorum luteis, antennis pectinatis.*
Habitat in America. Rolander.
Antennæ atræ, pectinato-serratæ. Elytra atra, striata punctis excavatis.
- ferrata. 24. *C. flavescens, elytris striatis: fasciisque tribus nigris, antennis ferratis.*
Habitat in America. Rolander.
Antennæ compressæ, serratæ, nigræ, longitudine corporis.
- tropica. 25. *C. thorace marginato lateribus rubro, elytris nigris fascia alba, antennis pectinatis. M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Elytra lata, submembranacea, apicem versus latiora & rotundata.
- pectini- 26. *C. thorace orbiculato, elytris rufo-testaceis, antennis cornis.*
Habitat in Europa.
 * * * *Thorace teretiufculo.*
- cærulea. 27. *C. thorace teretiufculo, corpore cæruleo.*
Habitat in Europa.
- viridiffi- 28. *C. thorace teretiufculo, corpore viridi.*
 ma. *Habitat in Europa.*
Hec dimidio precedenti minor, cum qua convenit figura thoracis subcylindrica ad Cicindelas accedente, sed neque oculi prominentes, neque maxilla exserta, neque cursus celer & expeditus.
- navalis. 29. *C. thorace teretiufculo, corpore luteo, elytris margine apiceque nigris.*
It. Wgoth. 153. t. 2.
Habitat intra Quercu lignum.
- melanura. 30. *C. thorace rotundato, corpore luteo, elytris apice nigris.*
Habitat in Europa.

182. ELATER. *Antennæ setaceæ.*

*Corpus dorso impositum exsiliens
mucrone thoracis e foramine
abdominis resiliente.*

oculatus. 1. E. thorace ocellis binis atris: iridibus albis, corpore nigricante. *M. L. U.*

Pet. gaz. t. 10. f. 4. Scarabæus elasticus major, capite bimaculato.

Act. anglic. 246. p. 396. n. 13. & 271. p. 842. n. 32.

Habitat in America septentrionali.

noctilucus. 2. E. thoracis lateribus macula flava glabra. *M. L. U.*

Sloan. jam. 2. p. 206. t. 237. f. 1. Scarabæus medius fuscus, thorace angulato lucem emittente.

Brown. jam. 432. t. 44. f. 10. Elater major fuscus phosphoricus.

Habitat in America.

Thoracis ocellis noctu lucet uti Cantharis noctiluca & Cicada laternaria.

phosphoreus. 3. E. fuscus, thorace postice maculis duabus flavis glabris.

Habitat in America. Rolander.

Similis precedenti, sed dimidio minor. Antennæ setaceæ.

Elytra pilis adpressis fusca, striata. Maculæ s. puncta lutea thoracis, non ad latera, sed intra marginem posticum s. inter dentes thoracis posticos, noctu etiam lucent.

brunneus. 4. E. thorace nigro utrinque rufo, elytris corporeque ferrugineis.

Habitat in Europa.

syriacus. 5. E. thorace rufo, elytris fascia duplici alba, corpore nigro. *M. L. U.*

Habitat in Syria. Hasselqvist.

cruciatus. 6. E. thorace nigro lateribus ferrugineis, coleoptris flavis: cruce nigra margineque nigro.

Habitat in Europa.

linearis. 7. E. thorace nigro lateribus rufis, elytris testaceis linearibus.

Fn. suec. 582. Elater thorace rubro, elytris griseis.

Uddm. diff. 46. Elater canthariformis niger, ano rufo, elytris ex rufo pallide fuscis striatis.

Habitat in Europa.

ruficol- 8. E. thorace rubro nitido antice nigro, elytris corpore-
lis. que nigris.

Fn. suec. 576. Elater niger, thorace rubro.

Habitat in Europa.

mesome- 9. E. thorace margineque elytrorum ferrugineis, corpore
lus. elytris que nigris.

Habitat in Europa.

Antecedenti paulo major. Pectus in medio nigrum. Anus flavus. Thorax rugis aliquot impressis.

castaneus. 10. E. thorace testaceo pubescente, elytris flavis apice ni-
gris, corpore atro. *Fn. suec.* 573.

List. loqu. 387. Scarabæus ex fulco rufescens s. castaneus.

Habitat in Europa.

ferrugi- 11. E. corpore toto ferrugineo.

neus. *Habitat in Svecia.*

Reliquis nostratibus major, Thorace obscure ferrugineo. Antennæ serratæ, thorace paulo longiores.

sangui- 12. E. thorace atro, elytris rubris, corpore nigro. *Faun.*
neus. *suec.* 574.

Habitat in Europa.

balteatus. 13. E. thorace atro, elytris antice dimidiato-rubris, cor-
pore nigro. *Fn. suec.* 580.

Raj. inf. 78. n. 13. Scarabæus minor, longo & angusto corpore, elytris bicoloribus e fulvo & nigro, saltatrix.

Habitat in Europa.

margina- 14. E. thorace subfusco, elytris testaceis margine undique
tus. nigris.

Habitat in Europa.

sputator. 15. E. thorace fusco nitido, elytris testaceis, corpore
nigro.

- Fn. suec.* 583. Elater niger elytris fuscis, antennis pedibusque rufis.
Habitat in Europa.
- obscurus. 16. E. thorace fusco obscuro, elytris obscure testaceis.
Habitat in Europa.
Similimus precedenti, sed latior antennisque brevioribus.
- tristis. 17. E. thorace atro nitido, elytris basi margineque exteriore lividis.
Habitat in Europæ lignis putridis.
- fasciatus. 18. E. thorace nigricante, elytris nigricantibus: fascia alba undulata.
Habitat in Europa.
- murinus. 19. E. thorace obscure cinereo, elytris cinereo-nebulosis, plantis rufis.
Habitat in Europa.
- tessellatus. 20. E. thorace obscure æneo, elytris fuscis: maculis pallidioribus confertis, unguibus rubris.
Gadd sat. 80 Elater niger, pilis minimis flavo-æneis junctim intermixtis.
Habitat in Europa.
- æneus. 21. E. thorace elytrisque cærulescenti-æneis, pedibus sanguineis.
Fn. suec. 578. Elater viridi-æneus, pedibus fulvis.
Habitat in Europa.
- pectini-cornis. 22. E. thorace elytrisque æneis, antennis pectinatis.
Fn. suec. 575. Elater fusco-viridi-æneus.
List. loqu. 387. *mut. t.* 17. f. 14. Scarabæus nigro-virescens, corniculis altero tantum versu pectinatis.
Habitat in Europa.
- niger. 23. E. thorace elytris pedibus corporeque nigris.
Fn. suec. 577. Elater totus nigro-fuscus.
Habitat in Europa.
- minutus. 24. E. thorace nigro nitido, elytris nigris obscuris.
Habitat in Europa.
Magnitudo vix dupla Pediculi.

183. CICINDELA. *Antennæ* fetaceæ.*Maxillæ* prominentes, denticulatæ.*Oculi* prominuli.*Thorax* rotundato-marginatus.

campestris. 1. *C. viridis*, elytris punctis quinque albis. *Fn. suec.* 548.
Mouff. inf. 145. f. *infima.* *Jonst. inf. t.* 16.
List. loqu. 386. *mut. t.* 17. f. 12.
Habitat in Europæ campis arenosis.

hybrida. 2. *C. subpurpurascens*, elytris fascia lunulisque duabus albis.
Habitat in Europa.

germanica. 3. *C. viridis*, elytris punctis duobus albis cum lineola apicum.
Habitat in Germania. P. Forskål.
Simillima C. campestris, sed triplo minor, tota æneo-viridis. Elytra viridia apice lineola albicante & punctis 2 albis ad marginem exteriorem.

sylvatica. 4. *C. nigra*, elytris fascia punctisque duobus albis.
Fn. suec. 549. *Cicindela atra*, coleoptris maculis sex fasciaque albis.
Habitat in Europæ Pinetis.

maura. 5. *C. nigra*, elytris punctis sex albis: tertio & quarto confluentibus.
Habitat Algeriæ. E. Brander.
Statura C. campestris. Frons alba. Elytra punctis 6 albis longitudinalibus ad marginem exteriorem: sed 3 & 4 transverse positæ confluentibus.

riparia. 6. *C. viridi-ænea*, elytris punctis latis excavatis. *Fn. suec.* 550. *It. æl.* 38. 121.
List. loqu. 385. *Scarabæus parvus inauratus.*
Habitat in Europæ humentibus.

- aquati- 7. *C. ænea nitida.*
ca. *Fn. suec.* 558 *Buprestis fusco-ænea nitida*, thorace
submarginato.
List. mut. t. 31. *f.* 13.
Habitat in Europæ aquis.

184. BUPRESTIS. *Antennæ setacæ longitudine*
thoracis.

Caput dimidium intra thora-
cem retractum.

* *Elytris fastigiatis.*

- gigantea. 1. *B. elytris fastigiatis bidentatis rugosis*, corpore inaura-
to. *M. L. U.*
Sloan. jam. 2 *p.* 210. *t.* 236. *f.* 1, 2. *Cantharis ma-*
xima, elytris cuprei coloris fulcatis.
Mer. sur. *t.* 50. *f. infima.* *Grew. mus.* 165. *t.* 13.
Habitat in America, Asia.

- 8-gutta- 2. *B. elytris fastigiatis muticis maculis quatuor albis*, cor-
ta. pore cæruleo.
It. scan. 23. *Uddm. diff.* 42.
Habitat in Oceano ad Norvegiam.

Magnitudine cedit nostratibus majoribus. Antennæ nigre
longitudine thoracis. Caput nigrum aut cæruleum,
lineola alba ante oculos. Thorax niger aut cæruleus
marginè albo. Elytra nigra aut cærulea striata, ob-
tusissima, maculis octo albis longitudinaliter digestis.
Abdomen cæruleum cum linea alba utrinque versus
basin transversa, & in singulo segmento utrinque par
punctorum alborum, ut sint sub abdomine macule 18
albæ. Pedes cærulei cum puncto albo in femoribus
quatuor posterioribus. Variat colore cæruleo, nigro,
aureo absque vel cum maculis.

* * *Elytris versus apicem ferratis.*

- gnita. 3. *B. elytris ferratis*, thorace impresso, corpore inaurato,
tibiis teretibus. *M. L. U.*
Grew. mus. 166. *t.* 13. *Beetle.*
Pet. gaz. *t.* 20. *f.* 8. *vel t.* 48. *f.* 5?
Habitat in Indiis.
Elytra apice imprimis colore auri candefacti.

4. *B.*

- stricta. 4. B. elytris ferratis fulcatis, tibiis angulatis, abdomine glabro. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Thorax a tergo minime impressus.
- sternicor-nis. 5. B. elytris ferrato-tridentatis, thorace punctato, pectore antrorsum mucronato; corpore inaurato. *M. L. U.*
Grew. mus. 167. t. 13. Carabus orientalis crassus.
Habitat in India.
Elytra basi notata puncto depresso latiore, colore variant.
- mariana. 6. B. elytris ferratis longitudinaliter rugosis: maculis duabus impressis, thorace sulcato.
Fn. suec. 557. Buprestis æneo-nitida supra cinerea, coleoptris apice attenuatis.
Pet. gaz. t. 2. f. 2. Cantharis marianus viridis perelegans, vaginis fulcatis signaturis flavescens notatis.
Habitat in Europa, America.
- chryso-stigma. 7. B. elytris ferratis longitudinaliter fulcatis, maculis duabus aureis impressis, thorace punctato.
Fn. suec. 556. Buprestis fusco-ænea, elytris maculis æneis impressis.
Habitat in Europa.
- rustica. 8. B. elytris striatis, thorace punctato.
Fn. suec. 555. Buprestis viridi-ænea immaculata.
Habitat in Europa.
 * * * *Elytris integris.*
- fascicularis. 9. B. elytris integerrimis striatis: punctis fasciculato-villosis, corpore inaurato hirsuto. *M. L. U.*
Seb. mus. 2. p. 22. t. 20. f. 5. Scarabæus amboinensis.
Pet. gaz. t. 13. f. 5. Scarabæus obscure viridis aureus papillis pilis albis obsitis undique hirtus.
Habitat in India.
Elytra punctis quintuplici serie digestis, barbato-fasciculatis.
- hirta. 10. B. elytris integerrimis, pedibus ferrugineis, corpore hirsuto. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Thorax & Elytra hirta.

- nitidula. 11. *B. elytris integerrimis*, thorace marginato utrinque depresso, corpore nitidissimo.
Habitat in Europæ aquosis.
Magnitudo Culicis. Corpus undique nitidissimum & colore varians e viridi, cæruleo aut aureo.
- bimaculata. 12. *B. elytris integerrimis striatis macula rubra*, corpore fusco-viridi. *M. L. U.*
Habitat in India.
Elytra striis elevatis glabris cum interjectis minoribus crenulatis.
- triflis. 13. *B. elytris integerrimis marginatis*, corpore cupreo, abdomine punctis decem nigris. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- cuprea. 14. *B. elytris integerrimis*, thoracis lateribus scabris, scutello tuberculari, corpore cupreo lævi. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Scutelli loco punctum prominens.
- nobilis. 15. *B. elytris integerrimis: fasciis linearibus duabus undatis inauratis*, corpore fusco. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- 4-punctata. 16. *B. elytris integerrimis punctatis*, thorace punctis quatuor impressis, corpore obscuro.
Fn. succ. 550. Buprestis atra, thorace punctis impressis.
Habitat in Europa.
- minuta. 17. *B. elytris integerrimis transverse rugosis*, thorace subtrilobo lævi, corpore ovato.
Habitat in Europa.
- viridis. 18. *B. elytris integerrimis linearibus punctatis*, thorace deflexo, corpore viridi elongato.
Habitat in Europa.
- linearis. 19. *B. lineari-oblonga murino-ænea*, thorace postice trilobo.
Habitat in America. Rolander.

185. DYTISCUS. *Antennæ setaceæ aut clavato-
perfoliatæ.
Pedes postici villosi, natatorii,
submutici.*

* *Antennis perfoliatis.*

piceus. 1. *D. antennis perfoliatis, corpore lævi piceo acuminato.
Fn. suec. 561. Dytiscus antennis perfoliatis fuscis.
Lyonnet less. tab. 1. f. 15. 16. 12.
Habitat in Europa.
Nidus natans mucrone eminente instructus.*

caraboi- 2. *D. antennis perfoliatis, corpore glabro striis aliquot re-
des. curvis.
Fn. suec. 562. Dytiscus antennis perfoliatis nigris, ely-
tris lævibus.
Rœf. aqu. 1. t. 4. f. 1. 2.
Habitat in Europa.*

fuscipes. 3. *D. antennis perfoliatis, elytris striatis margine lividis,
pedibus fuscis. Fn. suec. 563.
Habitat in Europæ Aquis.*

* * *Antennis setaceis.*

latissi- 4. *D. niger, elytrorum marginibus dilatatis linea flava.
mus. Fn. suec. 564.
Frisch. inf. 2. t. 7. f. 1, 2. Scarabæus aquaticus ma-
gnus niger margine luteo.
Habitat in Europæ Aquis.*

margina- 5. *D. niger, thorace elytrorumque margine flavis. Fn. suec. 565.
lis. Raj. inf. 93. n. 1. Mouff. inf. 164. f. bona.
Aldr. inf. 707. List. mut. t. 5. f. 2.
Rœf. inf. 2. aquat. 2. p. 7. t. 1. f. 9. 10.
Habitat in Europæ Aquis.*

striatus. 6. *D. fuscus, elytris transverse subtilissime striatis.
Habitat in Europæ aquis.*

fuscus. 7. *D. fuscus, elytris transverse substriatis.
Habitat in Europæ Aquis.*

8. *D.*

Dytisci Larvæ subaquaticæ sunt voracissimi aquaticum Crocodyli. Volatilia noctu
eunt volitantque ad alias aquas.

- cinereus. 8. *D. cinereus*, elytrorum margine thoracisque medietate flavis. *Fn. suec.* 566.
Hoffm. inf. 2. t. 12. *List. mut.* t. 5. f. 1.
Ræf. inf. 2. aqu. 1. t. 3. f. 6.
Habitat in Europæ Aquis.
- femistriata-9. *D. fuscus*, elytris feminae fulcis dimidiatis decem villosis.
 α. *Dytiscus* supra fuscus, subtus ater. *Fn. suec.* 568.
 β. *Dytiscus* elytris striis viginti dimidiatis. *Fn. suec.* 567.
Raj. inf. 94. n. 2. *Hydro-Cantharus* elytris striatis & canaliculatis.
Frisch. inf. 2. t. 7. f. 4. *Ræf. inf.* 2. aqu. 1. t. 1. f. 10.
Habitat in Europæ Aquis.
- fulcatus. 10. *D. elytris fulcis decem longitudinalibus.* *Fn. suec.* 569.
Frisch. inf. 13. p. 13. t. 7. *Ræf. aquat.* 1. t. 3. f. 7.
Bradl. natur. t. 26. f. 2. A.
Raj. inf. 569. *Hydrocantharus minor*, corpore rotundato plano.
Habitat in Europæ Aquis.
- erythrocephalus. 11. *D. ovato-oblongus niger*, capite pedibusque rufis. *Fn. suec.* 570.
Habitat in Europæ Aquis.
- maculatus. 12. *D. ovatus niger*, thorace nigro fascia pallida, elytris albo-maculatis.
Uddm. diff. 43.
Habitat in Europæ Aquis.
- minutus. 13. *D. elytris fuscis basi lateribusque pallidis*, thorace flavo immaculato, corpore ovato.
Habitat in Europæ aquis.
Elytra punctis vix conspicuis adpersa.
 * * * *Antennis clavatis.*
- natator. 14. *D. ovatus glaber*, antennis capite brevioribus obtusis.
Fn. suec. 572.
Pet. gaz. t. 13. f. 9. *Scarabæus niger* supra aquam velociter circumnans.

Raj.

Raj. inf. 87. n. 9. Scarabæus ▽ subrotundus e cæruleo viridi splendente undique tinctus.

Rœf. app. 1. p. 195. f. 31.

Habitat in Europæ lacubus, cursitans supra aquam velocissime; in America. Kalm.

Scarabæoides. 15. D. ovalis convexus ater lævissimus, antennis filiformibus triarticulatis.

Rœf. inf. 2. *aqv.* 1. t. 4.

Habitat in Europæ aquis.

Magnitudo Scarabæi.

186. CARABUS. *Antennæ fetacæ.*

Thorax obcordatus apice truncatus, marginatus.

Elytra marginata.

* *Majores.*

coriaceus. 1. C. apterus ater opacus, elytris punctis intricatis subrugosis.

Habitat in Germania. P. Forskål.

Inter maximos Europæos numerandus. Totus ater, lævis. Elytra absque sulcis ex punctis confusis excavatis confluentibus confertis. Antennæ corpore breviores.

granulatus. 2. C. apterus, elytris longitudinaliter punctatis.

Fn. svec. 511. Carabus ater, elytris convexe punctatis striatisque.

β. Carabus niger, elytris subvirescentibus convexe punctatis striatisque. *Fn. svec.* 512.

γ. Carabus purpurascenti-niger, elytris convexe punctatis striatisque. *Fn. svec.* 513.

Raj. inf. 96. n. 2. Cerambyx purpurea punctata.

List. mut. t. 18. f. 4. *Hoffm. inf.* 2. t. 3.

Habitat in Lignis putridis.

leucophthalmus. 3. C. apterus, elytris lævibus: striis obsoletis octonis.

Fn. svec. 515. Carabus ater, elytro singulo striis octo.

Habitat in Europa.

Thorax, ratione magnitudinis insecti, minor quam in reliquis.

4. C.

Carabi Larvæ saepe intra Ligna putrida, muscos, terram &c. degunt; Volatilia vero insectorum imprimis Larvarum Leones sunt, cursu festinantes.

- nitens. 4. *C. apterus*, elytris porcatis : fulcis scabriusculis inauratis.
Fn. Suec. 517. ♂ 518. *It. æl.* 96.
Raj. inf. 96. n. 6. *Cerambyx* dorso in longas rugulas
 diviso, omnium pulcherrimus.
Habitat in Europæ sylvis.
- hortensis. 5. *C. apterus*, elytris porcatis : punctis æneis excavatis
 triplici serie.
Habitat in Europæ sylvis, Hortis.
- viola- 6. *C. alatus*, elytris læviusculis nigris margine aureo, tho-
 ceus. race subviolaceo. *Fn. Suec.* 516.
Frisch. inf. 13. t. 23. *Scarabæus* terrestris nigricans.
Raj. inf. 96. n. 1. *Scarabæus* major, corpore oblongo,
 e purpura nigricans.
Habitat in Europæ sylvis.
- cephalo- 7. *C. apterus*, elytris atris lævibus, thorace exserto oblongo.
 tes. *Frisch. inf.* 13. p. 25. t. 22. *Scarabæus.*
Habitat in Europa.
- inquisi- 8. *C. elytris* striatis viridi-æneis : punctis triplici ordine.
 tor. *Roland. act. Stockh.* 1750. p. 292. t. 7. f. 3. *Carabus* a-
 latus viridi-æneus, concave punctatis striatisque, pedi-
 bus antennisque nigris.
Habitat in Europæ arboribus larvis Papilionum Phala-
narumque visitans.
Elytra aurata margine viridi. Thorax brevissimus.
- fyco- 9. *C. aureo-nitens*, thorace cæruleo, elytris aureo-vi-
 phanta. ridibus striatis, abdomine subatro.
Reaum. inf. 2. t. 37. f. 18.
Habitat in Europa.
Maximus europæus. Caput & Antenna nigra ; mar-
gines thoracis elytrorumque aurei. Elytra striis 15
crenatis.
- * * *Minores.*
- lividus. 10. *C. thorace* ferrugineo, elytris nigris : lateribus lividis.
Habitat in Europa.
- crepitans. 11. *C. thorace* capite pedibusque ferrugineis, elytris
 nigris.

Roland. Act. Stockh. 1750. p. 292. t. 7. f. 2. Cicindela capite thorace pedibusque rufis, elytris nigrocæruleis.

Habitat in Europa.

americana- 12. *C. niger*, thorace pedibus antennisque ferrugineis.

mus. *Habitat in America. Rolander.*

Similis C. crepitanti, sed quadruplo major.

spinipes. 13. *C. piceus*, thorace linea excavata longitudinali, manibus spinosis.

Habitat in Europa.

Postice pallidior est.

cyanoccephalus. 14. *C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque cyaneis.*

Fn. suec. 525. Carabus capite elytrisque cæruleis, thorace rubro.

Habitat in Europa.

melanoccephalus. 15. *C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque atris.*

Fn. suec. 526. Carabus capite elytrisque atris, thorace rubro.

β. *Fn. suec. 524.* Carabus niger, thorace antennis pedibusque ferrugineis.

Habitat in Europa.

vaporariorum. 16. *C. thorace fasco, pedibus antennis elytrisque antice ferrugineis.*

Fn. suec. 529. Carabus ater, elytris antice griseis.

Habitat in Europa.

latus. 17. *C. niger*, pedibus antennisque rufis. *Fn. suec. 521.*

Habitat in Europa; in America septentrionali. Kalm.

ferrugineus. 18. *C. ferrugineus*, thorace glaberrimo.

Habitat in Europa.

germanus. 19. *C. niger*, capite pedibus elytrisque testaceis, elytris apice violaceis.

Habitat in Germania. P. For&al.

vulgaris. 20. *C. nigro-æneus*, pedibus antennisque nigris. *Faun.*

suec. 527.

Habitat in Europa.

- cærule- 21. *C. nigro-cæruleus*, antennis basi rubris.
fcens. *Habitat in Europa.*
- cupreus. 22. *C. æneus*, antennis basi rubris.
Habitat in Europa.
- piceus. 23. *C. niger*, pedibus antennisque piceis.
Habitat in Europa.
- margina- 24. *C. niger*, elytris margine flavis.
tus. *Habitat in Europa.*
Corpus totum viridissimum. Elytra vix manifeste striata. Thoracis margo ferrugineus, sed vix conspicuus. Elytrorum margo exterior omnino flavus. Pedes subfusci. Antennæ nigrae. Variat capite thoraceque æneis.
- multipun- 25. *C. subæneus*, elytris punctis vagis plurimis impressis.
ctatus. *Habitat in Europa.*
- 6-puncta- 26. *C. subæneus*, elytris punctis longitudinalibus sex im-
tus. pressis.
Fn. suec. 519. Carabus nitens, capite thoraceque cyaneo, elytris purpureis.
Habitat in Europa.
- ustulatus. 27. *C. thorace nigricante*, elytris obscuris bifasciatis.
Fn. suec. 528. Carabus niger, coleoptris pone fascia ferruginea; lateribus macula ferruginea.
Habitat in Europa.
- crux ma- 28. *C. thorace capiteque nigro-rubescente*, coleoptris fer-
jor. rugineis cruce nigra.
Habitat in Europa.
- crux mi- 29. *C. thorace luteo glabro*, elytris postice nigris: ma-
nor. culis duabus flavis.
Habitat in Europa.
- 4-macu- 30. *C. thorace flavo*, elytris obtusissimis fuscis: maculis
latus. duabus albis.
Fn. suec. 532. Carabus niger, thorace ferrugineo, elytrorum maculis 4 lividis.
Habitat in Europa.
- atricapil- 31. *C. flavus*, capite nigro, elytris obtusissimis.
lus. *Habitat in Germania. P. Forshål.*

187. TENEBRIO. *Antennæ* moniliformes articulo ultimo subrotundo.

Thorax plano-convexus, marginatus. *Caput* exsertum.

Elytra rigidiuscula.

* *Alati*.

molitor. 1. *T. niger* totus.

Fn. spec. 547. Mordella antennarum articulis lentiformibus: ultimo globofo.

Frisch. inf. 4. p. 1. t. 1.

Habitat in Farina pistorum, Molendinis, Pane sicco, saccharato.

Larva pallida, 13 segmentis, glabra, Lusciniis accepta.

mauritanicus. 2. *T. niger* subtus piceus, thoracis marginibus antice posticeque dente angulatis.

Habitat Algeriæ. *E. Brander.*

Similis precedenti, sed quintuplo minor, supra totus niger, subtus, pedibus antennisque, piceus. Elytra striata. Thoracis margo antice dente utrinque primum, & postice dente obsoleto.

cullinaris. 3. *T. ferrugineus*, elytris striatis.

Fn. spec. 546. Mordella ferrugineo-rufa, thorace antice depresso.

Habitat in quisquiliis.

barbarus. 4. *T. ater* glaberrimus, thorace orbiculato, capitis clypeo antice margine elevato.

Habitat in Mauritania. *E. Brander.*

Glaber & nitidus, magnitudine Carabi mediocris; Elytra coherent postice vix acuta.

Fossor. 5. *T. piceus*, digitis anticis palmato-digitatis.

Habitat in collibus arenosis, quos perfoliit Upsaliæ. *Rölander.*

Pedes anteriores Scarabei, dentati; Thorax postice magis elongatus. Præcedentibus quadruplo minor.

- Cursor. 6. *T. fuscus*, thorace oblongo: angulis quinque denticulatis.
Habitat in Sveciæ domibus.
Longitudo Pediculi, subcylindricus, angustus.
- pedicula- 7. *T. niger*, elytris fasciis duabus flavis latis.
 rius. *Habitat in Europa.*
- erraticus. 8. *T. niger*, antennis thorace suborbiculato elytrisque ferrugineis, elytris apice fuscis.
Habitat in Europa.
- pallens. 9. *T. pallide testaceus.*
Habitat in Europa.
 * * *Apteri.*
- mortifigus. 10. *T. apterus*, coleoptris mucronatis.
Fn. svec. 594. Tenebrio ater, coleoptris acuminatis.
Monff. inf. 139. Blatta fœtida. Aldr. inf. 499.
Fonst. inf. t. 16. f. . . Frisch. inf. 13. t. 25.
Pet. gaz. t. 24. f. 7. Scarabæus impennis tardipes.
Habitat in umbrosis suffocatis.
- muricatus. 11. *T. apterus*, coleoptris obtusis: striis muricatis. *M. L. U.*
Pet. gaz. 11. t. 92. f. 14.
Habitat in Hispania.
- cæruleus. 12. *T. apterus cærulefcens*, thorace suborbiculato, coleoptris obtusis.
Pet. gaz. t. 22. f. 6. List. angl. app. 4. f. 14.
Habitat in Hispania.
- angulatus. 13. *T. apterus*, thorace teretiusculo, coleoptris angulatis.
M. L. U.
Habitat in Ægypto.
Elytra singula striis 4 elevatis: tertia laterali elevata carinata crenata.
- Caraboides. 14. *T. apterus*, thorace ovali marginato, coleoptris carinatis.
Fn. svec. 595. Tenebrio ater, coleoptris pone rotundatis, maxillis prominentibus.
Habitat in Europa.

188. MELOE. *Antennæ* moniliformes articulo ultimo ovato.

Thorax subrotundus.

Elytra mollia, flexilia.

Caput inflexum, gibbum.

* *Apteri elytris abbreviatis absque alis.*

Profca- 1. *M. apterus*, corpore violaceo.
rabæus. *Fa. suec.* 596. *Mouff. inf.* 162. f. med.
Forsk. inf. 1. 15. *Gœd. inf.* 2. t. 42.
Frisch. inf. 6. t. 6. f. 5. *Lii. gœd. f.* 120.
Clut. hemerob. 31. 73. Vermis majalis.
Habitat in apricis campis, edit Ranunculos, Veratrum; vernalis.

majalis. 2. *M. apterus*, segmentis dorsalibus abdominis rubris.
Frisch. inf. 6. t. 6. f. 4. *Proscarabæus alter.*
Habitat in Europa australiore; in America. Kalm; in Africa. E. Brander.

** *Alati elytris longitudine corporis alas tegentibus.*

vesicato- 3. *M. alatus viridissimus.*
rius. *It. scan.* 186. *Cantharis officinarum.*
Mouff. inf. 144. *Forsk. inf.* 1. 7.
Raj. inf. 101. *Aldr. inf.* 276.
Habitat in Ligustro, Fraxino, Sambuco.
Officinalis pro vesicatorio.

Syriacus. 4. *M. alatus viridi-cæruleus*, thorace luteo. *M. L. U.*
Habitat in Syria.

Cichorii. 5. *M. alatus niger*, thorace hirsuto, elytris fasciis tribus flavis.
Hasselqv. iter. 410. n. 101. *Chrysomela cichorii.*
Imperat. nat. 78. *Cantharis fasciata*
Habitat in Cichoriis totius orientis.
Magnitudine accedit ad Proscarabæum. Fascia prima elytrorum ad eorum basin; ultima ante eorum apicem reliquis magis undata. An Cantharides Imperati? Variat maculis elytrorum; in quibusdam, loco cujusvis fasciæ, maculæ duæ nigre.

- algiricus. 6. *M. alatus niger*, elytris testaceis.
Habitat Algiriæ.
Statura *Cantharidis*. *Elytra* *flexilia*.
- Schæffe-7. *M. alatus viridis*, pedibus luteis, antennis abbreviatis clari.
 vatis brevibus irregularibus.
Habitat in Germania. *Schæffer*.
Statura *M. vesicatorii*, sed dimidio minor. *Antennæ* *luteæ*, vix thorace longiores, *terminatæ* *capitulo* *compresso* *fusco*, *infimo* *articulo* *crasso*. *Palpi* *gibbi*.
- floralis. 8. *M. alatus niger*, elytris fasciis duabus ferrugineis obfoletis.
Habitat in Floribus *Cardui* Europæ.
Vix *Pediculo* *major*.

189. MORDELLA. *Antennæ* filiformes.
Caput inflexum sub collo.
Elytra deorsum curva apicem
 versus.
Ante femora lamina lata ad basin
 abdominis.

- aculeata. 1. *M. atra*, abdomine spina terminato.
Fn. suec. 534. *Mordella oblonga atra*, cauda aculeo
 terminata.
Habitat in Europa.
- humera- 2. *M. atra*, lateribus thoracis baseosque elytrorum flavescens.
 lis. centibus.
Habitat in Europa.
- frontalis. 3. *M. atra*, fronte pedibusque flavescens.
Habitat in Europa.
- thoraci- 4. *M. atra*, capite thoraceque flavis.
 ca. *Habitat* in Europa. *T. Holm*.
- flava. 5. *M. flava*, elytrorum apicibus nigris.
Habitat in Europa.

190. NECYDALIS. *Antennæ fetaceæ.*
Elytra dimidiata. Ala nudæ.
Cauda simplex.

major. 1. *N. clytris ferrugineis immaculatis, antennis corpore brevioribus.*

Schæff. monogr. 1753. f. 1, 2. Musca-Cerambyx major.
Habitat in Europa.

minor. 2. *N. clytris testaceis: apice lineola alba, antennis corpore longioribus.*

Fn. succ. 697. Necydalis clytris flavis lineola alba.

It. æl. 74.

Schæff. monogr. 1753. f. 6, 7. Musca Cerambyx minor.
Habitat in Europa.

191. STAPHYLINUS. *Antennæ moniliformes.*
Elytra dimidiata. Ala tectæ.
Cauda simplex exferens duas
vesiculas oblongas.

hirtus. 1. *S. hirtus niger, thorace abdomineque postice flavis.*

Fn. succ. 601.

Schæff. monogr. 1754. t. 2. f. 12.

Habitat in locis arenosis.

murinus. 2. *S. pubescens cinereus nigro-nebulosus. Fn. succ. 602.*

Habitat in fimo equino.

maxillo-
 fus. 3. *S. pubescens niger, fasciis cinereis, maxillis longitudine capitis.*

Fn. succ. 603. Staphylinus ater glaber, maxillis longitudine capitis.

Raj. inf. 109. n. 1. Staphylinus major totus niger.

List. loqu. 391. Scarabæus majusculus niger forcipibus infestis.

Mouff. inf. 197. Fonst. inf. t. 17. f. 1. 2. 3.

Habitat in sylvis Europæ.

Junior undique tomentosus per elytra & abdomen, cum fascia cinerea elytrorum & abdominis; provecior glaber & totus ater evadit.

- erythro- 4. *S. ater*, elytris pedibusque rufis. *Fn. svec.* 604.
 pterus. *Frisch. ins.* 5. t. 25. *Scarabæus rapax*, elytris brevibus.
Habitat sæpius in fimo.
- politus. 5. *S. niger*, thorace elytrisque nigricantibus nitidissimis.
Fn. svec. 605. *Staphylinus niger*, thorace æneo nitido,
 elytris atro-cæruleis.
Habitat in Europa.
Varist capitæ thoracis elytrorumque colore nigro & vi-
ridi s. cærulescenti-æneo.
- rufus. 6. *S. rufus*, capite elytrorum abdominisque posticis nigris.
Fn. svec. 606.
Gadd sat. 80. *Staphylinus pallide rufus*, elytris cæru-
 lescantibus, capite & apice abdominis nigro.
Habitat in Europa.
- riparius. 7. *S. rufus*, elytris cæruleis, capite abdominisque apice
 nigris.
Fn. svec. 607. *It. gotl.* 173.
Habitat in Europa.
- ligno- 8. *S. fuscus*, elytris futura abdomine pedibusque ferrugineis.
 rum. *Fn. svec.* 608.
Habitat in Europa.
- subterra- 9. *S. niger*, elytris antice extrorsum flavis, pedibus nigris.
 neus. *Habitat in Europa.*
- flave- 10. *S. ater*, pedibus rufis, elytrorum margine flavo. *Fn.*
 scens. *svec.* 610.
Habitat in Europa.
- 2-gutta- 11. *S. niger*, elytris puncto fulvo.
 tus. *Habitat in Europa.*
- littoreus. 12. *S. niger*, elytris antice griseis, pedibus rufis. *Fn. svec.*
 611. *It. gotl.* 173.
Habitat in littoribus.
- sangui- 13. *S. niger*, elytris sanguineis. *Fn. svec.* 612.
 neus. *Habitat in Europa.*
- Caraboi- 14. *S. flavus.*
 des. *Fn. svec.* 613. *Staphylinus totus testaceus.*
Habitat in Europa.

- chryso- 15. *S. niger*, thorace elytris pedibusque subtestaceis. *Faun.*
melinus. *svcc.* 614.
Habitat in Europa.
- flavipes. 16. *S. niger*, elytris antennis pedibusque ferrugineis. *Fn.*
svcc. 615.
Habitat in Europa.
- fuscipes. 17. *S. niger*, elytris tibiisque fuscis. *Fn. svcc.* 616.
Habitat in Europa.
- rufipes. 18. *S. ater glaber*, pedibus rufis. *Fn. svcc.* 609.
Habitat in Europa.
- Boleti. 19. *S. fuscus*, elytris pallidioribus, antennis pedibusque li-
vidis.
Habitat in Boletis abietinis gregarius, cujus fistulas, tan-
quam Apis suos favos cellulosos, intrat jucundo specta-
culo. Kolander.
Palice dimidio minor & inter minima insecta.

192. FORFICULA. *Antennæ setaceæ.*
Elytra dimidiata. Alæ rectæ.
Cauda forcipata.

- auricula- 1. *F. elytris apice albis. Fn. svcc.* 599.
ria. *Mouff. inf.* 171. *f. infima.* Forficula f. *Auricularia*
vulgaris.
Frisch. inf. 8. p. 31. t. 15. f. 1, 2. *Vermis auricu-*
larius.
Jonst. inf. t. 16. f. 2. *Merian. inf.* t. 30.
Pet. gaz. t. 74. f. 5.
List. loqu. 391. *mut.* t. 31. f. A. *Scarabæus subrufus,*
cauda forcipata.
Habitat in Europa.
- minor. 2. *F. elytris testaceis immaculatis.*
Fn. svcc. 600. *Forficula alis elytræ concoloribus.*
Habitat in Europa.

193. BLATTA. *Caput inclinatum.**Antennæ fetacæ.**Elytra Alæque planæ, subcoriaceæ.**Thorax planiusculus, orbiculatus, marginatus.**Pedes cursorii.**Cornicula duo supra caudam.*gigantea. 1. *B. livida, thoracis clypeo macula quadrata fusca. M. L. U.**Habitat in America.**Diametro ovi gallinæci.*ægyptiaca. 2. *B. atra, thoracis margine antico albo. M. L. U.**Habitat in Ægypto.*surinamensis. 3. *B. livida, thoracis margine antico albo.**Habitat Surinami.*americana. 4. *B. ferruginea, thoracis clypeo postice exalbido.**Habitat in America.**Major B. orientali, sed simillima. Elytra Alæque corpore longiores. Antennæ longæ.*nivea. 5. *B. alba, antennis flavis.**Habitat in America.**Magnitudo Tabani.*africana. 6. *B. cinerea, thoracis clypeo villoso. M. L. U.**Habitat in Africa.**Similis B. ægyptiacæ, sed minor & villosa.*orientalis. 7. *B. ferrugineo-fusca, elytris fulco oblongo impresso.**Fn. suec. 617.**Mouff. inf. 138. f. 2. 3. Blatta molendinaria.**Col. ecphr 1. p. 49. t. 36.**Fonst. inf. t. 13. f. A.**Raj. inf. 68 n. 1.**Frisch. inf. 5. t. 3.**Kalm. itin. 2. p. 496.**Habitat in America, Oriente: imprimis in farina, Pane &c. hodie in Russia adjacentibus regionibus frequens;**iuce-*

Blatta lucifuga cum Larvæ suis rodunt cibaria, coria, putridaque varia, celeri cursu se subtrahentes.

inceptit nuperis temporibus Holmiæ, uti dudum in Finlandia.

Consumit Panem, cibaria, calceos &c. lucifuga.

lapponi- 8. B. flavescens, elytris nigro maculatis. *Fn. suec. 618.*
ca. *Habitat in, Lapponiæ imprimis, Casis, consumit Pisces.*

oblonga- 9. B. oblonga livida, thorace punctis duobus lunulaque
ta. nigris.

Habitat in America. Rolander.

Oblonga uti Cantharis, pallide testacea s. livida. Antennæ clavatæ, atræ. Pedes valde hirti. Clypeus thoracis orbiculatus, convexus, glaber, lividus, postice lunula nigra, in medio punctis 2 nigris instar oculorum.

194. GRYLLUS. *Caput nutans, maxillosum, palpis quatuor ad maxillas.*

Antennæ fetacæ.

Alæ desflexæ: superiores flexiles, submembranacæ.

Pedes saltatorii plerisque.

* MANTIS. *Thorax elongatus, sublinearis. Pedes antici remotissimi a reliquis.*

gigas. 1. G. M. thorace teretiufculo scabro, elytris brevibus, pedibus spinosis. *M. L. U.*

Raf. inf. 2. Gryll. t. 19. f. 9. 10.

Bradl. natur. t. 27. f. 6.

Habitat in Amboina.

Elytra abdomine dimidio breviora. Alæ maxima.

phthi- 2. G. M. thorace teretiufculo muricato, elytris brevissimis,
cus. pedibus inermibus. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Elytra brevissima, medio carina gibba, extus s. posteriori nigra.

ficcif- 3. G. M. thorace denticulato, femoribus ovatis membra-
lius. naccis. *M. L. U.*

Raf. inf. 2. gryll. t. 17. f. 4. 5.

Habitat in Indiis.

- Abdemen ovatum, membranaceo-planum. Elytra virescentia, facie foliorum lauri, parallela.*
- gongylo-4. G. M. thorace ciliato, femoribus anticis spina terminatis; reliquis lobo. *M. L. U.*
Amœn. acad. 1. p. 504. Gryllus thorace lineari alarum longitudine: margine denticulis ciliato.
Aldr. inf. 1. 13. f. 21. Mantis.
Act. angl. 301. t. 20. f. 3. Marcgr. bras. 246. Gaayara.
Rœf. inf. 2. gryll. t. 7. f. 1, 2, 3.
Habitat in Indiis.
Caput vertice subulato bifido. Larvæ pedes lobis membranaceis alati.
- religio-5. G. M. thorace levi subcarinato elytrisque viridibus im-
 fus. maculatis.
Rœf. inf. 2. gryll. t. 1, 2.
Habitat in Africa. E. Brander.
Corpus totum viride.
- oratorius. 6. G. M. thorace lævi, elytris viridibus, alis macula nigra antice rufescentibus.
Habitat in Africa. E. Brander.
Parvus est; macula magna nigra in medio alæ fusco reticulatæ.
- precarius. 7. G. M. thorace subciliato, elytris flavis ocello ferrugineo. *M. L. U.*
Mer. sur. 1. 66.
Habitat in America, Africa.
- bicornis. 8. G. M. thorace lævi, capite bipartito subulato. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Caput vertice bipartito, subulato, divaricato. Pedes inermes.
- tricolor. 9. G. M. thorace lateribus expanso-lobato, capite cornuto, pedibus anticis latissimis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Oculi in cornicula lateralia auriformia acuminata desinunt.
- strumarius. 10. G. M. thorace titrinque membranaceo-dilatato obcordato.
Rœf. inf. 2. gryll. t. 3.
Habitat in Indiis.

* * ACRIDA. *Caput conicum thorace longius, Antennis ensiformibus.*

nasutus. 11. G. A. capite conico, antennis ensiformibus, elytris lineâ pallida subinterrupta, alis sanguinolentis.

Ræf. inf. 2. gryll. 1, 4.

Habitat in Africa.

turritus. 12. G. A. capite conico, antennis ensiformibus, elytris viridibus, alis hyalinis.

Habitat in Africa.

Hæc ♂ antecedens singulares Capite conico, thorace ipso longiore, apice antennis, basi ore instructo. Antennæ etiam admodum diversæ a reliquis, quod thorace non longiores, latæ, ensiformes, articulatæ.

* * * BULLA. *Thorax carinatus. Antennæ thorace breviores.*

unicolor. 13. G. B. unicolor, thorace carinato brevissimo, antennis scutello brevioribus. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Structura sequentis, sed thorax non cristatus. Color flavus aut ruber.

variolosus. 14. G. B. calloso-punctatus, thoracis carina subtridentata antennis brevibus, fronte verrucoso. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Corpus virescens. Scutellum carinatum, duplo longius capite cum thorace. Elytra membranacea. Pedes postici abdomine ventricoso non longiores.

ferratus. 15. G. B. thorace cymbiformi carinato denticulato, capite acuminato, abdomine cæruleo.

Ræf. inf. 2. gryll. t. 16. f. 2.

Habitat in Indiis.

carinatus. 16. G. B. thorace cymbiformi lævi, vertice depresso. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

bipunctatus. 17. G. B. thoracis scutello abdominis longitudine.

Fz. suec. 623. Gryllus elytris nullis, thorace in elytron longitudinale extenso macula utrinque nigra rhombica.

Habitat in Europa.

subulatus. 18. G. B. thoracis scutello abdomine longiore.
Fn. suec. 624. Gryllus elytris nullis, thorace producto
 abdomine longiore.

Habitat in Europa ad fossas & aquas stagnantes.

* * * * ACHETA. *Cauda setis duabus.*

Gryllotalpa. 19. G. A. thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus anticis palmatis tomentosis.

Fn. suec. 619. Gryllus pedibus anticis palmatis.

Mouff. inf. 104. Gryllotalpa. *Aldr. inf.* 571.

Velsch. becast. 1. p. 39. *Fonst. inf. t.* 12. 13.

Gord. inf. 1. t. 76. *Raj. inf.* 64. 67.

Blanck. herb. t. 81. f. 10.

Rosf. inf. 2. gryll. t. 14, 15.

Frisch. inf. 11. t. 5. *Catesb. car.* 1. t. 8.

Habitat in Europæ & Americæ borealis herborum & cultis, Hortorum hostis.

domestici. 20. G. A. thorace rotundato, alis caudatis elytro longioribus, pedibus simplicibus, corpore glauco.

Faun. suec. 620. Gryllus cauda bifeta, alis inferioribus acuminatis longioribus, pedibus simplicibus.

Mouff. inf. 135 Gryllus domesticus.

Raj. inf. 63. *Fonst. inf. t.* 12.

Rosf. inf. 2. gryll. t. 12.

Habitat hodie in Europæ muris domesticis.

campestris. 21. G. A. thorace rotundato, cauda bifeta stylo lineari, alis elytro brevioribus, corpore nigro.

Frisch. inf. 1. t. 1. *Rosf. inf.* 2. gryll. t. 13.

Habitat in Europa australiore.

umbraculatus. 22. G. A. niger, elytris apice albis, umbraculo frontis deflexo.

Habitat in Mauritania. E. Brander.

Facies G. campestris; totus niger, sed thorax magis ferrugineus. Elytra abdomine breviora, ad apicem lactea.

Antennæ longitudine corporis. Setæ 2 ad caudam corpore paulo breviores. Singularis est Umbraculo ex membrana obovata, e fronte ante caput deflexa, marginibus lateralibus involuta, magnitudine ipsius capitatis, nigra.

* * * * * TETTIGONIA. *Cauda ensifera feminis.*

- citrifolius. 23. G. T. thorace tetragono angulis scabro. *M. L. U.*
Ræf. inf. 2. gryll. t. 16. f. 1.
Habitat in Indiis.
Elytra ovato-oblonga, folia lauri pallida referentia.
- laurifolius. 24. G. T. thorace subtetragono lævi trilobo, alis angulatis elytro obtusiore longioribus. *M. L. U.*
Sloan. jam. 2. p. 201. t. 236. f. 1. Locusta maxima viridis, alis latissimis.
Maregr. bras. 246. Tucurubi.
Habitat in Indiis.
Elytra ovato-oblonga viridia. Alæ acutiores.
- myrtifolius. 25. G. T. thorace subtetragono lævi, alis deflexis elytro longioribus, tibiis muticis.
Habitat Surinami. Rolander.
Antennæ longitudine corporis. Thorax lævis, subtetragonus, postice rotundatus. Elytra ovata, deflexa, viridia, quasi 2 folia, margine superiore magis convexa. Alæ paulo longiores, albide. Pedes inermes. Magnitudo quadruplo minor G. laurifolio.
- elongatus. 26. G. T. thorace subquadrato lævi, elytris alisque corpore longioribus. *M. L. U.*
Habitat in India.
Elytra sublinearia maculis lunatis fusciscentibus.
- lamellatus. 27. G. T. thorace subquadrato, foliolis ovatis ante femora postica. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Ad insertionem femorum posteriorum foliola duo ovata concava. Corpus primæ magnitudinis.
- ocellatus. 28. G. T. thorace rotundato, alis posticis ocello notatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Gryllus primæ magnitudinis. Ocellus magnus in alis, notatus lunulis duabus albis.
- acuminatus. 29. G. T. thorace rotundato, vertice subulato, alis virentibus. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Ensis latior quam in reliquis.

- triops. 30. G. T. thorace rotundato, vertice acuminato subtus puncto oculo nigro, alis viridibus. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Abdomen breve, Ensis longitudine abdominis.
- rugosus. 31. G. T. thorace rotundato rugoso cristato, capite acuminato, femoribus pollicis subtus repandis.
M. L. U.
Habitat in Indiis.
Thorax versus apicem crista compressa crenata.
- corona- 32. G. T. thorace spinis erectis coronato, elytris vario-
tus. lolo-concavis.
Habitat in Indiis. De Geer.
*Antennæ corpore triplo longiores, filiformes, luteo gri-
seoque variae. Thorax supra postice cinctus margine
valde dentato; antice juxta caput spina 1, in medio
2. Elytra grisea adpersa punctis magnis, excavatis,
fuscis. Alæ nigricantes. Pedes & femora valde spi-
nosa. Ensis lanceolatus, longus.*
- aquilinus. 33. G. T. thorace rotundato subverrucoso, alis latissimis:
nervis quindecim. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
*Corpus primæ magnitudinis. Elytra lanceolata. Alæ
omnium latissima. Tibiæ quadrijariam spinis hispidæ.*
- melano- 34. G. T. thorace rotundato lævi, elytris abdomine di-
pterus. midio brevioribus, alis nigris. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Elytra longitudine thoracis ovali-oblonga.
- fastigia- 35. G. T. thorace rotundato lævi, elytris ovatis, alis trun-
tus. catis, spinis tibiæ filiformibus. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Spinæ tibiæ longiores, quam in reliquis.
- coriaceus. 36. G. T. thorace rotundato lævi, elytris coriaceis, alis
pallidis, antennis longissimis.
Habitat in Indiis.
Corpus magnum, colore flavo corii. Femora teretia.
- viridissi- 38. G. T. thorace rotundato, alis viridibus immaculatis,
mus. antennis setaceis longissimis.
Frisch. inf. 12. t. 2. f. 1. Locusta major viridis.

Ræf. inf. 2. gryll. t. 10, 11.

Habitat in Europa.

Ensis rectissimus, strictus.

- verru- 38. G. T. thorace subquadrato lævi, alis viridibus fusco
vorus. maculatis, antennis fetaceis longitudine corporis.
Fn. svec. 621. It. wgoth. 253. Gryllus cauda ensifera
recta, corpore subviridi.
Joust. inf. t. 11. f. 1. 2. 3. Merian. inf. t. 176.
Ræf. inf. 2. t. 8.
Habitat in Europa.

- Pupus. 39. G. T. aptera, thorace spinoso, femoribus punctatis.
Amœn. acad. 1. p. 322.
Pet. gaz. t. 13. f. 7. Locusta-Talpa capensis, pedibus
longis.
Ræf. inf. 2. gryll. t. 6. f. 3.
Habitat in Æthiopia.
Habet supra enses duo puncta prominula, quæ indicant
affinitatem cum Gryllo-Talpis.

* * * * * LOCUSTA. Cauda simplex.

- Elephas. 40. G. L. thorace carinato integro, corpore aptero.
Ræf. inf. 2. gryll. t. 6. f. 2.
Habitat in Africa.
Reliquis omnibus major & ponderosior. Antennæ filiformes.
Corpus totum viride, punctis excavatis adpersum;
thoracis dorsum carina elevata integerrima. Femora mutica.
Rudimenta alarum duo, nec quatuor ut in Pupis Gryllorum.

- cristatus. 41. G. L. thorace cristato: segmento triplici. M. L. U.
Amœn. acad. 1. p. 21. t. 17. f. 4. Gryllus crista thora-
cis quadrifida.
Olear. mus. t. 17. f. 5. Gryllus ex ægypto.
Frisch. inf. 9. t. 1.
Ræf. inf. 2. gryll. t. 5.
Hasselqv. iter. 413. Gryllus arabicus.
Habitat in America, Arabia, Asia.
Hic Arabibus esculentus est. Act. Stockh. 1752.
Thoracis carina in 4 s. 5 lobos transversim dissecta.

- morbillo- 42. G. L. thorace quadrato verrucoso, elytris verrucosis,
ius. alis rufis. M. L. U.

Raf. inf. 2. gryll. t. 18. f. 6.

Habitat in Indiis.

miliaris. 43. G. L. thorace subquadrato dentato verrucoso, elytris punctis callosis. *M. L. U.*

Habitat in America.

hæmato- 44. G. L. thorace subcarinato scabro, capite obtuso, fe-
pus. moribus piloso-ciliatis. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Femora postica angulo utrinque pilis longis ciliata.

migrato- 45. G. L. thorace subcarinato : segmento unico, capite
rius, obtuso, maxillis atris. *M. L. U.*

Frisch. inf. 9. t. 1. f. 8. Gryllus migratorius.

Raf. inf. 2. gryll. t. 24.

Edw. av. 208. t. 208.

Habitat in Tataria, inde Europam variis annis adiit, exedit omne vegetans; vide Rappolt, Rathlef, Kundman.

tataricus. 46. G. L. thorace subcarinato : segmentis tribus, capite rotundato, maxillis concoloribus. *M. L. U.*

Habitat in Tataria.

Ale costa rubra a priori manifeste distinctus.

variega- 47. G. L. thorace lineato flavo : elytris viridibus, alis
tus, cæruleis. *M. L. U.*

Habitat in America.

Frons rubra caracteribus atris.

cærule- 48. G. L. thorace subcarinato, alis virescenti-cæruleis :
fcens. fascia nigra.

Raf. inf. 2. gryll. t. 21. f. 4.

Habitat in Meridionalibus.

italicus. 49. G. L. thorace subcarinato, alis rubris : apice cinereis.

Raf. inf. 2. gryll. t. 21. f. 6.

Habitat in Europa australi.

stridulus. 50. G. L. thorace subcarinato, alis rubris extimo nigris, elytris nebulosis.

Fn. svec. 625. It. æl. 158. Gryllus elytris nebulosis, alis rubris extimo nigris.

Frisch.

Grylli Larvæ pleræque habitant sub terra, pupa etiam excurrunt & cum parentibus plantas vorant, dum mares stridenti musica sonant,

Frisch. inf. 9. t. 1. f. 2. Uddm. diff. 50.
Raf. inf. 2. gryll. t. 21. f. 2.
Habitat in Europa.

- carolinus. 51. G. L. thorace subcarinato, alis nigris margine postico flavis.
Catesb. car. 2. p. 89. t. 89. Locustella carolina, elytris fuscis, alis inferioribus nigris ad extremitates luteis.
Habitat in America.
- obscurus. 52. G. L. thorace subcarinato, alis nigris basi rubris, apice albis. *M. L. U.*
Habitat in Africa.
- flavus. 53. G. L. thorace subcarinato, alis disco flavo fascia nigra. *M. L. U.*
Pet. gaz. 6. t. 3. f. 6.
Habitat in Africa.
- apricarius. 54. G. L. thorace crucigero, antennis longitudine corporis. *Fn. suec. 628. It. æl. 157.*
Habitat in Europæ campis.
- viridulus. 55. G. L. thorace cruciato, corpore supra viridi, elytrorum margine albido. *Fn. suec. 626.*
It. wgoth. 276. Gryllus capite thorace elytrisque superne viridibus.
Habitat in Europa.
- biguttulus. 56. G. L. thorace cruciato, elytris nebulosis puncto oblongo albo versus apices.
Habitat in Europa.
- rufus. 57. G. L. thorace cruciato, corpore rufo, elytris griseis, antennis subclavatis.
Fn. suec. 629. Gryllus antennis subclavatis acutis.
Habitat in Europa.
- grossus. 58. G. L. femoribus sanguineis, elytris virescenti-subrufis, antennis cylindricis. *Fn. suec. 627.*
Habitat in Europa.
- pedestris. 59. G. L. colore livido incarnato, corpore aptero.
Habitat in Europa.

II. HEMIPTERA.

Rostrum inflexum sub Pectore.

Alæ vel semicoleoptra: alis superioribus dimidiato - cartilagineis vel alteri sexui tantum.

195. CICADA. Rostrum inflexum.
 Antennæ thorace breviores.
 Alæ IV, membranaceæ, deflexæ.
 Pedes plerisque saltatorii.

* NOCTILUCÆ. Capite antice protracto in vesicam oblongam.

Laternaria- 1. C. fronte rostrata ovali recta, alis lividis: posticis ocellatis.

Grew. mus. 158. t. 13. Cucujus peruvianus.

Merian. sur. t. 49. Laternaria.

Reaumur. inf. 5. t. 20. f. 6. 7.

Rœf. inf. 2. gryll. t. 28. 29.

Habitat in America calidiore.

Prominente fronte noctu lucem vivacissimam spargit.

Candela- 2. C. fronte rostrata subulata adscendente, elytris viridibus luteo punctatis, alis flavis: apice nigris.

Aët. Stackh. 1746. p. 63. t. 1. f. 5. 6.

Edw. av. t. 120.

Rœf. inf. 2. gryll. 189. t. 30.

Habitat in China.

phospho- 3. C. fronte rostrata subulata adscendente, corpore griseo-glaucis.

Habitat in America. Rolander.

noctivi- 4. C. fronte rostrata acuminata adscendente, corpore viridi, alis hyalinis.

Habitat in America. Rolander.

lucerna- 5. C. fronte rostrata prominente, corpore supra viridescente subtus flavo.

Habitat in America. Rolander.

* * FOLIACEÆ. *Thorace compresso-membranaceo, corpore majore.*

- foliata. 6. *C. foliaceæ rotundata nigra arcu albo.*
Mericn. surin. t. 5. f. ult.
Habitat in India. De Geer.
Thorax e folio perpendiculari, semicordato, atro, antice rotundato, utrinque, in altero sexu, arcu albo, in altero vero antice linea alba, postice arcu albo. Postice subtus corpus Elytris 2 nigris Alisque 2 albis. Pedes anteriores extremo articulo gibbosi.
- fronditia. 7. *C. foliacea dorso repando: rostro obtusissimo.*
Habitat in America. Rolander.
Thorax e folio perpendiculari griseo margine superiore repando, antice producto in rostrum subtruncatum; postice angustatum, longitudine corporis, deorsum acutum. Elytra obovata, concoloria. Alæ hyaline. Pedes breves.
- lquamigera. 8. *C. foliacea antice posticeque rostrata acuta.*
Habitat in America. Rolander.
Simillima priori, sed minor, livido-grisea. Thorax antice adscendens in rostrum acutiusculum, postice acute descendens. An prioris Mas?
- * * * CRUCIATÆ *Thorace utrinque cornuto.*
- Cruæ. 9. *C. thorace cruciformi corpus totum tegente.*
Habitat in Indiis.
Thorax forma crucis: brachiis expansis compressis; columna postice longitudine abdominis, latior, subcurvata.
- cornuta. 10. *C. thorace bicorni postice producto, alis nudis. Fr.*
sec. 641.
Pet. gaz. t. 47. f. 2. 3. Ranatra cornuta.
Habitat in Carduis, Salicibus.
- aurita. 11. *C. thorace biaurito, capitis clypeo antrorsum dilatato rotundato.*
Habitat in Germania. P. Forskål.
Magnitudo Tabani, tota cinerea. Thorax a tergo gerit cornua duo, compressa, erectiuscula, rotundata, at

clypeus capiti impositus antrorsum dilatatus, rotundatus, supra rugosus, fere membranaceus. Alæ 4, deflexæ.

* * * * MANNIFERÆ.

- ciliaris. 12. *C. alis posticis ferrugineo-fuscis: vittis longitudinalibus luteis, abdominis segmentis ciliatis. M. L. U. Habitat in Indiis.*
- 4-fasciata. 13. *C. flava, fasciis quatuor fuscis. Habitat in America. Rolander.*
- bifasciata. 14. *C. fusca, fasciis alarum binis albis. Fn. suec. 633. Habitat in Svecia.*
- fornicata. 15. *C. thorace virescente, abdomine fornicato. M. L. U. Habitat in Indiis. Latera abdominis margine dilatata, ut abdomen duplo latius conspiciatur, quam est.*
- stridula. 16. *C. elytris margine dilatato, punctis septem albis. M. L. U. Habitat in Indiis.*
- Orni. 17. *C. elytris intra marginem tenuiorem punctis sex fuscis concatenatis. Reaum. inf. 5. t. 5. f. 16, 17, 18, 19. Habitat in Italia, Apulia &c. His strident arbusta cicadis.*
- repanda. 18. *C. elytris linea flexuosa, alis margine hyalino. Habitat in Indiis.*
- reticulata. 19. *C. grisea, thoracis linea alba, elytris albo reticulatis. Habitat in America. Rolander.*
- Tibicen. 20. *C. scutelli apice emarginato. Merian. surin. t. 49. Tibicen. Habitat in America.*
- septendecim. 21. *C. nigro-virescens, elytris margine flavescente, capite utrinque octo-friato.*

Kalm. act. Stockh. 1756. p. 101. Cicada maxilla utraque lineis octo transversis concavis, alarum margine inferiore lutescente.

Habitat in America boreali.

violacea. 22. *C. violacea*, alis apice fuscis.

Habitat in Meridionalibus calidis.

Femora antica dentibus tribus armata.

* * * * * SPUMANTES.

coleop- 23. *C. elytris* totis coriaceis alas tegentibus.

trata. *Habitat in Europa.*

spumaria. 24. *C. fusca*, elytris maculis binis albis lateralibus: fascia duplici interrupta albida. *Fn. suec. 636.*

De Geer Act. Stockh. 1741. p. 221. t. 7.

Swamm. quart. p. 83.

bibl. 1. p. 215.

Raj. inf. 67.

Act. par. 1705. p. 162.

Merian. inf. 77. t. 51.

Raf. inf. 2. gryll. 139. t. 23.

Blank. inf. 97. t. 11. f. N. O. P. Frisch. inf. 8. p. 26. t. 12.

Habitat in Europæ Plantis variis, frequens in Salice viminali, latitans intra spumam.

nervosa. 25. *C. fusca*, alis hyalinis fusco maculatis: nervis punctatis. *Fn. suec. 632.*

Habitat in Europa.

leucoph- 26. *C. nigra*, oculis albis.

thalma. *Habitat in Europa.*

albifrons. 27. *C. nigra*, fronte albo.

Habitat in Europa.

leucoce- 28. *C. nigra*, capite albo. *Fn. suec. 640.*

phala. *Habitat in Europa.*

lateralis. 29. *C. nigra*, elytris latere albis. *Fn. suec. 639.*

Habitat in Europæ pratis.

striata. 30. *C. elytris* albido nigroque ad angulum acutum sutura dorsalis striatis. *Fn. suec. 642.*

Habitat in Europa.

Cicadae spumantis Larva ramis insidentes ano evacuant numerosas vesiculas, ut lateant intra spumam; dum majores intra terram occultantur usque in volatilia, que duabus lamellis sub abdomine masculæ in arbutis svident.

- lineata. 31. *C. exalbida*; linea utrinque longitudinali nigra. *Faun. Suec.* 637.
Habitat in Europa.
- interru- 32. *C. elytris flavis*; linea nigra duplici interrupta longitu-
pta. dinali. *Fn. Suec.* 631.
Habitat in Europa.
- vittata. 33. *C. flava*; fascia longitudinali duplici repando dentata.
Fn. Suec. 634.
Habitat in Europa.
- aptera. 34. *C. aptera atra*, elytris abbreviatis, tibiis antennisque
pallidis.
Habitat in Sudermannia ad Ackeröam.
Magnitudo Fulicis.
- * * * * * DEFLEXÆ. *Alis deflexis latera obvolvem-*
tibus.
- Phalænoi- 35. *C. exalbida*, alis deflexis patulis antice fusco pun-
des. ctatis.
Habitat in America. De Geer.
Similis Hemerobio Perlæ. Corpus flavescens. Alæ al-
bide, deflexæ ut in Phalæna, glabræ: exteriores anti-
ce versus marginem utrumque irroratæ punctis nigris
sparsis. Inferiores alæ niveæ.
- lanata. 36. *C. alis deflexis nigris*; punctis cæruleis, fronte lateri-
busque rubris. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Corpus nigricans. Abdomen postice lana densissima, mol-
lissima.
- rubra. 37. *C. rubra*, alis deflexis fuscis; fasciis duabus flavis.
Habitat in America. Rolander.
- viridis. 38. *C. elytris viridibus*, capite flavo punctis nigris. *Faun.*
Suec. 630.
Pet. gaz. 73. t. 47. f. 6. *Ranatra viridescens.*
Rai. inf. 68. n. 3. *Locusta-pulex tertia.*
Habitat in Europa.
- flava. 39. *C. flava compressa.* *Fn. Suec.* 643.
Habitat in Europa.

- aurata. 40. *C. flava*, elytris fulvo pictis: maculis quatuor nigris posticeque auratis. *Fn. svec.* 635.
Habitat in Europa.
- Ulmi. 41. *C. alis viridi-luteis*: apicibus nigricantibus inauratis.
Fn. svec. 644.
Habitat in Ulmo.
- Rosæ. 42. *C. flava*, alis albis: apicibus membranaceis. *Faun. svec.* 648.
Frisch. inf. 11. p. 13. t. 20.
Habitat in Rosæ foliis.

196. NOTONECTA. *Rostrum inflexum.**Antennæ* thorace breviores.*Alæ* IV, cruciato-complicatæ, antice coriaceæ.*Pedes* posteriores pilosi, natorii.

- glaucæ. 1. *N. grisea*, elytris griseis margine fusco punctatis. *Fn. svec.* 688.
Frisch. inf. 6. p. 28. t. 13. *Bradl. nat.* t. 26. f. 2. E.
Pet. gaz. t. 72. f. 5. *Ræf. inf. app.* 1. p. 165. t. 27.
Habitat in Europæ Aquis.
- striatæ. 2. *N. elytris pallidis*; lineolis transversis undulatis striatis.
Fn. svec. 689.
Pet. gaz. t. 72. f. 7. *Notonecta vulgaris compressa fusca.*
Ræf. inf. app. 1. p. 177. t. 29.
Joblot. micr. 1. pp. 1. t. 7. f. 2, 3.
Habitat in Europæ Aquis.
- minutis- 3. *N. elytris cinereis*: maculis fuscis longitudinalibus.
fima. *Fn. svec.* 690. *N. arenulæ magnitudinis.*
Habitat in Europæ Aquis.

197. NEPA. *Rostrum inflexum.*

Antennæ . . .

Alæ IV. cruciatio - complicatæ: antice coriaceæ.

Pedes anteriores cheliformes; reliqui 4 ambulatorii.

grandis. 1. *N. testacea*, scutello lævi, alis albis maculis venisque flavis. *M. L. U.*

Marcgr. bras. 258. f. 259. Insectum magnitudine brusci.

Merian. surin. t. 56.

Rœf. inf. 3. t. 26.

Habitat in America.

rubra. 2. *N. fusca*, abdomine supra alarumque nervis rubris:

M. L. U.

Habitat in Calidis regionibus.

fusca. 3. *N. fusca*, scutello rugoso, alis niveis. *M. L. U.*

Habitat in Calidis regionibus.

atra. 4. *N. atra*, thorace inæquali, corpore oblongo.

Habitat in Africa. Brander.

Simillimus insequenti, sed duplo major, duplo longior & tota atra.

cinerea. 5. *N. cinerea*, thorace inæquali, corpore ovato.

Fa. suec. 691. *Nepa* abdominis margine integro.

Monff. inf. 321. *Scorpio palustris.*

Jonst. inf. 27. f. 1. 2, & t. 28. f. ad. verb. stell.

Pes. gaz. t. 74. f. 4.

Bradl. nat. t. 26. f. 2. C.

Swamm. bibl. 1. t. 3. f. 4.

Rœf. inf. app. 1. p. 136. t. 22. f. 6. 7. 8.

Bauh. ballon. 212. f. 2. *Araneus aquaticus.*

Habitat in Europæ Aquis.

Cimicoides. 6. *N. abdominis margine ferrato. Fa. suec.* 692.

des. *Frisch. inf.* 6. p. 31. t. 14. *Cimex aquaticus latior.*

Rœf. inf. app. 176. t. 28.

Habitat in Europæ aquis.

linearis. 7. *N. linearis*, manibus spina laterali pollicatis.

Svamm. bibl. 1. p. 233. t. 3. f. 9.

Frisch. inf. 7. p. 24. t. 16.

Rœf. inf. app. 141. t. 23.

Habitat in Europa.

198. CIMEX. *Rostrum* inflexum.

Antennæ thorace longiores.

Alæ IV, cruciatio - complicatæ: superioribus antice coriaceis.

Dorsum planum thorace marginato.

Pedes cursorii.

* a * APTERI.

leptularius. 1. *C. apterus*. *Fa. svec.* 645.

Mouff. inf. 269. f. superiores. *Cimex domesticus*.

Bonon. microsc. t. 65.

Fonst. inf. 89.

Aldr. inf. 534.

Raj. inf. 7.

Habitat in Domibus Exoticis, sed ante epocham salutarum in Europa, at in Anglia vix ante 1670 visus teste Southall.

Pellitur odore carbonum, & Terebinthinae accenso, Mentha arvensi, Lepidio ruderali, Myrica, Geranio robertiano, Agarico muscario, Cimicifugæ Aethæa, Medusa, Cimice personato.

Monographia Southall Treatise of Buggs. Lond. 1730. Oct.

* b * SCUTELLATI: *Scutello longitudine abdominis.*

Stockerus. 2. *C. scutello abdomen operiente, corpore viridi maculis nigris.* *M. L. U.*

Pet. gaz. 34. t. 21. f. 12. *Stockerus benghalensis viridis nigromaculatus.*

Habitat in Asia.

Scarbæoides. 3. *C. scutello abdomen operiente, corpore atro.*

Habitat . .

maurus. 4. *C. scutello longitudine abdominis, corpore griseo.*

Habitat in Mauritania, in Svecia paullo minor.

lineatus. 5. *C. niger*, thorace lineis quinque, scutello tribus luteis, abdomine flavo punctis nigris.

Habitat in Mauritania. E. Brander.

Supra *niger*: lineis luteis capitis 3, thoracis 5, scutelli 3. Alæ basi luteæ, apice fuscæ. Subtus totus flavus punctis nigris. Femora fulva puncto nigro.

arabs. 6. *C. scutello* longitudine abdominis, thorace spinoso, corpore ovato livido, ano bidentato. *M. L. U.*

Sloan. jam. 2. t. 237. f. 15, 16. Cimex sylvaticus foetens viridis triangularis?

Habitat in Arabia.

ferratus. 7. *C. scutello* longitudine abdominis, thorace spinoso, corpore livido, abdominis marginibus ferratis. *M. L. U.*

Habitat in India.

stolidus. 8. *C. scutello* longitudine abdominis, thorace subangulato, corpore supra viridi, subtus flavo, ano bidentato. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Histrio. 9. *C. scutello* longitudine abdominis, thorace scabro depresso griseo pallidoque vario. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

* c * COLEOPTRATI: *Elytris fere totis coriaceis.*

littoralis. 10. *C. elytris* abdomen occultantibus sordidis albo punctatis, alis abbreviatis, corpore nigro.

Habitat in Europæ littoribus.

rugosus. 11. *C. elytris* abdomen occultantibus pallidis, corpore oblongo.

Habitat in Europa.

clavicornis. 12. *C. elytris* abdomen occultantibus reticulato punctatis, antennis clavatis. *Fn. Svec. 687.*

Habitat in Europa.

* d * MEMBRANACEI & valde depressi ut foliolum.

corticalis. 13. *C. abdomine* membranaceo depresso margine imbricatum secto, corpore nigricante. *Fn. Svec. 649.*

Habitat in Europæ Arboribus sylvaticis.

- Betulæ. 14. C. abdomine membranaceo depresso, thorace denticulato: capite muricato, elytris antice dilatatis.
Habitat in Betula alba.
- erosus. 15. C. abdomine membranaceo depresso flavo: fascia nigra, thorace rugoso, tibiis anticis incrassatis.
Habitat in America. Rolander.
Antennæ clavatæ. Thorax niger, antice flavescens, rugosus, margine undique erosus. Abdomen rhombeum, membranaceum, alis latius, flavum fascia nigra. Alæ griseæ. Tibiæ anticae breves, sed crassissimæ, ut in Mante.
- Filicis. 16. C. abdomine membranaceo depresso, elytrorum apicibus capite pedibusque lividis, corpore nigro.
Habitat in Filicibus.
- Cardui. 17. C. abdomine membranaceo depresso, scutello lineis tribus elevatis, antennis apice nigris. *Fn. suec. 660.*
Habitat in Cardui capitulis.
* e * SPINOSI: *Thorace spina utrinque armato.*
- bidens. 18. C. ovatus griseus, thorace acute spinoso, antennis rufis. *Fn. suec. 652.*
Habitat in Europa.
- rufipes. 19. C. ovatus griseus, thorace obtuse spinoso, pedibus rubris. *Fn. suec. 651.*
Habitat in Europa.
- marginatus. 20. C. oblongo-ovatus griseus, thorace obtuse spinoso, antennis medio rubris.
Fn. suec. 662. Cimex oblongus rufus immaculatus, thorace utrinque angulato.
Habitat in Europa.
- 2-pustulatus. 21. C. oblongiusculus niger, thorace spinoso, punctis verticis duobus coccineis.
Habitat in America. Rolander.
Corpus oblongiusculum, magnum, totum nigrum capite, thorace, pectore, alis. Abdomen rubrum. Elytra livida. Inter oculos puncta 2 globosa purpurea nitida.
- ypsilon. 22. C. ovatus lividus, thorace spinoso, scutello ypsilon flavo inscripto.

Habitat in America. Rolander.

Corpus ovatum, lividum. Thorax utrinque acute spinosus. Antennæ nigrae annulis duobus albis. In Elytris singulis punctum album. Scutellum totum y graeco inscriptum. Abdomen flavescens.

- punctatus. 23. C. ovatus fusco punctatus, thorace subspinoso, tibiis annulo albo.
Habitat in Europa.
- hæmorrhoidalis. 24. C. ovato oblongus griseus, thorace acute spinoso, antennis nigris.
Habitat in Europa.
- valgus. 25. C. oblongus niger, thorace spinoso, femoribus posticis incurvis, tibiisque posticis unidentatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Abdominis basis subtus notata prominentiis tribus.
- 4-spinosus. 26. C. oblongus ruber, thorace quadrispinoso.
Habitat in America. Rolander.
Corpus oblongum ut *C. lacustris*, rubrum. Antennæ longissimæ, capillares. Thorax spinis 4 teretibus: una utrinque & 2 a tergo. Alæ rubrae. Pedes longi, nigri.
- Acantharis. 27. C. oblongus, thorace spinoso, abdomine spinis ciliatis.
Brown. jam. 434. t. 44. f. 11. Acantharis.
Habitat in Jamaica.
- * f * ROTUNDATI *f. ovati, thorace mutico.*
- viridulus. 28. C. rotundatus supra flavus punctis viridibus, subtus viridis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- peregrinator. 29. C. suborbiculatus depresso griseo pallidoque varius, thorace scabro, *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- 2-punctatus. 30. C. ovatus pallide griseus: puncto albo utrinque ad basin scutelli. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- 6-punctatus. 31. C. rotundatus luteo nigroque varius, thorace luteo, punctis sex nigris. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.

- griseus. 32. *C. ovatus* griseus, abdominis lateribus albo nigroque variis, alis nebulosis. *Fn. svec. 657.*
Habitat in Europa.
- interstin- 33. *C. ovatus* griseus, abdominis lateribus rubro nigroque
ctus. variis, alis albis. *Fn. svec. 658.*
Habitat in Europa.
- bacca- 34. *C. ovatus* griseus, abdominis margine nigro maculato
rum. *Fn. svec. 650.*
List. loqv. 396. mut. t. 31. f. 19. Cimex ex luteo vi-
rescenti infuscatus, ad alvi margines nigris maculis.
Raj. inf. 54. n. 2. Cimex sylvestris, corpore brevior,
subfuscus, scapulis magis extantibus.
Fonst. inf. t. 17. f. 9.
Habitat in Europæ sylvis.
- dumofus. 35. *C. subrotundus* griseus, margine undique sanguineo.
Habitat in Europa.
- variolo- 36. *C. ovatus* flavus, thorace subspinoso punctis fuscis
sus. excavatis varioloso, scutello basi gibbo.
Habitat in America. Rolander.
Corpus majusculum. Margo abdominis serratus. Thorax
angulis vix spinosus, flavus, punctis confertis vario
sparsis excavatis subfuscis variolosus. Elytra flava.
- Juniperi- 37. *C. subrotundatus* viridis, margine undique flavo. *Fn.*
nus. *svec. 648.*
Raj. inf. 53. n. 1.
Habitat in Juniperis.
- cæruleus. 38. *C. ovatus* cæruleus immaculatus.
Habitat in Europa.
- lineola. 39. *C. ovatus* thorace lævi antice atro postice livido di-
stincto punctis excavatis.
Habitat in America. Rolander.
Magnitudo fere Tabani. Caput & Pectus atra. Tho-
rax adpersus punctis excavatis, antice ater, postice
albidus, qui colores distincti linea transversa ex pun-
ctis excavatis. Abdomen ovatum, triquetrum, fla-
vum, latere maculatum. Elytra incarnata pallidaque.

- olera- 40. *C. ovatus* cæruleo-æneus, thorace lineola scutelli a-
ceus. pice elytrisq[ue] puncto albo rubrove. *Fn. svec.* 654.
Raj. inf. 59. n. 6. Cimex sylvestris cærulefcens.
Habitat in Europa.
- bigutta- 41. *C. ovatus* niger margine undique albo, elytris puncto
tus. albo.
Habitat in Europa.
- bicolor. 42. *C. ovatus* niger, elytris nigro alboque variis, alis al-
bis. *Fn. svec.* 655.
Pet. gaz. t. 14. f. 7. Cimex niger albo maculatus.
List. loqu. 396. Cimex niger maculis candidis.
Raj. inf. 54. n. 5. Cimex sylv. parvus, corpore ro-
tundiore.
Habitat in Europa.
- ornatus. 43. *C. rotundato-ovatus*, nigro rubroque varius, capite
alisque nigris. *Fn. svec.* 661.
Habitat in Europa.
- ruber. 44. *C. ruber*, alis fuscis. *Fn. svec.* 653.
Habitat in Europæ *Urticis* aliisque.
- acumi- 45. *C. ovalis* antice attenuatus cinereo exalbidus, anten-
natus. nis incarnatis. *Fn. svec.* 656.
Raj. inf. 56. n. 6. Musca cimiciformis.
List. mut. t. 31. f. 20.
Habitat in Europa.
- leucoce- 46. *C. ovatus* niger, capite pedibusque flavis.
phalus. *Habitat in* Europa.
- minutus. 47. *C. ovatus*, elytris lividis apice fuscis. *Fn. svec.* 659.
Habitat in Europa.
- * g * SETICORNES. *Antennis apice setaceis.*
- persona- 48. *C. rostro arcuato*, antennis apice capillaceis, corpore
tus. oblongo subvillosa fusca. *Fn. svec.* 647.
Frisch. inf. 10. t. 20. Cimex stercorarius major oblon-
gus.
Raj. inf. 56. n. 3. Musca cimiciformis.
Habitat in Europa.
Consumit Cimices Larva horrida, personata.

- annulatus. 49. C. rostro arcuato, antennis apice capillaribus, corpore oblongo: subtus sanguineo maculato.
Habitat in Europa.
- ater. 50. C. antennis apice capillaribus, corpore oblongo atro.
Faun. svec. 677.
Habitat in Europa.
- gothicus. 51. C. antennis apice capillaribus, corpore oblongo nigro, scutello elytrorumque apicibus coccineis.
Habitat in Europa.
- * h * OBLONGI.
- indus. 52. C. oblongus, abdomine rubro bidentato, elytris fuscis pallido-striatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- Hyoscyami. 53. C. oblongus rubro nigroque varius, alis fuscis immaculatis. *Fn. svec. 664. 665. It. æl. 155.*
Pet. gaz. t. 62. f. 2. Cimex hyoscyamoides ruber, maculis nigris.
List. loqu. 397. mut. t. 31. f. 21. Cimex miniatus, nigris maculis, hyoscyami.
Raj. inf. 55. Cimex sylvestris minor, corpore oblongo angusto.
Habitat in Hyoscyamo.
- equestris. 54. C. oblongus rubro nigroque varius, alis fuscis albo maculatis. *Fn. svec. 664. It. æl. 155.*
Habitat in Svecia.
Præcedenti duplo major, nec in Hyoscyamo obvius.
- apterus. 55. C. oblongus rubro nigroque varius, elytris rubris punctis duobus nigris.
Habitat in Malva sylvestri Germaniæ. P. Forstål.
Simillimus C. Hyoscyami. Corpus nigrum, sed Thorax undique cinctus margine rubro. Pectus fasciis rubris. Anus fascia rubra. Elytra sanguinea apice nigricantia; in singuli elytri medio punctum majusculum, atrum, & punctum minimum ad elytri basin. Alæ plane nullæ.
- ægyptius. 56. C. oblongus rubro nigroque varius, elytris rubris puncto nigro. *M. L. U.*
Habitat in Ægypto.

- Andræ. 57. *C. oblongus sanguineus*, antennis tibiis rostro alisque nigris.
Sloan. jam. 2. t. 237. f. 29. 30. Cimex sylvestris oblongus c cinereo & nigro variegatus, supina parte cruce s. andrææ notatus.
Habitat in America.
- Kalmii. 58. *C. oblongus viridis*, scutello macula cordata flava, elytris maculis duabus nigris. *Fn. svec. 663.*
Habitat in Europa.
- pratensis. 59. *C. oblongus griseus*, scutello macula cordata flava, elytris apice puncto fusco. *Fn. svec. 666.*
Habitat in Europa.
- campe- 60. *C. oblongus viridis*, scutello macula cordata viridi, stris. elytris macula ferruginea. *Fn. svec. 667.*
Habitat in Europa.
- umbrati- 61. *C. oblongus niger*, elytris albo maculatis. *Faun. lis. svec. 673.*
Habitat in Europa.
- crassicorn- 62. *C. oblongus subgriseus rubro-punctatus*, antennis clavis. vatis.
Habitat in Europa.
- faltato- 63. *C. oblongus niger*, elytris striatis, alis postice flavo rarius. maculatis. *Fn. svec. 676. It. æl. 121.*
Raj. insf. 57. n. 2. Cimex brevis & fere rotundus nigricans.
Habitat in Europa.
- arenarius. 64. *C. oblongus niger*, elytris cinereis antice nigris, alis postice albis. *Fn. svec. 678. It. æl. 121.*
Habitat in Europa.
- Pini. 65. *C. oblongus ater*, elytris fuscis macula rhombea nigra. *Fn. svec. 674.*
Habitat in Pinetis.
- Rolandri. 66. *C. oblongus ater*, elytris membranaceis macula flava.
Habitat in Europa.

- nigripes. 67. *C. oblongus*, elytrorum basi antennis pedibusque rubris, tibiis anticis nigris hirsutissimis.
Habitat in America. Rolander.
 Corpus magnum, nigrum. Abdomen rubrum. Antennæ basi nigrae. Tibiæ anticae longiores, crassiores, atræ, valde hirsutæ.
- * i * *Antennis setaceis longitudine corporis.*
- lævigatus. 68. *C. oblongus* exalbidus, lateribus albis. *Fn. suec. 679.*
Habitat in Europa.
- dolabratus. 69. *C. oblongus* pallido - fuscus, antennis nigris, linea thoracis longitudinali alba. *Fn. suec. 681.*
Habitat in Europa.
- striatus. 70. *C. oblongus* niger, elytris luteis fusco striatis apice pedibusque rubris. *Fn. suec. 680.*
Habitat in Ulmi campestris foliis.
- erraticus. 71. *C. oblongus* nigricans, elytris albis, antennis lividis: infimo articulo nigro. *Fn. suec. 682.*
Habitat in Europa.
- ferus. 72. *C. oblongus* griseus immaculatus, antennis setaceis. *Fn. suec. 668.*
Habitat in Europa.
- Populi. 73. *C. oblongus* albo fuscoque nebulosus, antennis setaceis. *Fn. suec. 669.*
Habitat in Populo tremula.
- Ulmi. 74. *C. oblongus* supra rubiginosus, elytris striis sanguineis, alis postice albo fuscoque variis. *Fn. suec. 670.*
Habitat in Ulmo campestri.
- fylvestris. 75. *C. oblongus* niger, alis elytrisque albo fuscoque variis, pedibus rufis. *Fn. suec. 671.*
Habitat in Europa.
- 2-maculatus. 76. *C. oblongus* niger, alis superioribus macula testacea, antennis setaceis.
Habitat in Europa.
- mutabilis. 77. *C. oblongus* fuscus niger, alis inferioribus cæruleis, antennis pedibusque flavis.

Habitat in Svecia.

Totus niger. Ala membranacea, glaucescentes, abdomini impositi atro valde caerulei elucent.

* k * SPINIPEDES. *Tibiis spina notatis.*

- calcaratus. 78. *C. oblongus niger, femoribus posticis subtus dentatis. Habitat in Europa.*
- Abietis. 79. *C. oblongiusculus maculato-fulvus, pedibus rufis: femoribus anticis crassioribus dentatis. Fn. suec. 672. Habitat in Pinn Abiete.*
- kermesinus. 80. *C. oblongus rufus: fascia albida nigro punctata, femoribus posticis multidentatis. Brown. jam. 435. t. 43. f. 16. Bruchus kermesinus. Habitat in America. Corpus triste rubrum, magnitudine majoris nostratis. Antennæ fuscae. Fascia elytrorum linearis, albida, ad apicem scutelli. Puncta atra in singulo elytro antice 4, postice 3.*
- * 1 * *Corpore angusto & lineari.*
- lacustris. 81. *C. linearis supra niger depresso, pedibus anticis brevissimis. Fn. suec. 684. It. wgoth. 182. Raj. inf. 57. n. 1. Cimex aquaticus figuræ longioris. Bauh. ballon. 213. f. 1. Insectum Tipula dictum. List. mut. t. 5. f. 4. Brndl. natur. t. 26. f. 2. D. Habitat in Europæ aquis pacatis.*
- stagnorum. 82. *C. linearis nigricans compressus, pedibus anticis brevissimis. Fn. suec. 688. Pet. gaz. t. 9. f. 12. Tipula londinensis angustissima. Habitat in Europæ aquis pacatis.*
- vagabundus. 83. *C. linearis variegatus, pedibus anticis brevissimis crassis inflexis. Fn. suec. 683. Cimex linearis, pedibus quatuor longioribus, antennis longissimis albo fuscoque variis. Frisch. inf. 7. p. 11. t. 6. Cimex arborum oblongus, alarum signatura alba. Habitat in Europæ Arboribus.*

Tipularius. 84. *C. linearis exalbidus*, pedibus omnibus longissimis, femoribus clavatis. *Fn. suec.* 686.
Frisch. inf. 7. p. 28. t. 20. *Cimex arboreus culiciformis.*
Habitat in Europæ arboribus.

Coryli. 85. *C. oblongus niger*, pedibus antennisque setaceis flavis.
Fn. suec. 675.
Habitat in Corylo Avellana.

199. APHIS. *Rostrum inflexum.*
Antennæ thorace longiores.
Alæ IV erectæ aut nullæ.
Pedes ambulatorii.
Abdomen postice sæpius bicornè.

Ribis. 1. *A. Ribis rubri.* *Fn. suec.* 704.
Leuw. arc. epist. 90. p. 545. t. 548.
Blank. inf. 164. t. 14. f. D. E.
Frisch. inf. 11. p. 9. t. 14.
Reaum. inf. 3. t. 22. f. 7-10.
Habitat in Ribe rubro.

Ulmi. 2. *A. Ulmi campestris.* *Fn. suec.* 705. *It. scan.* 203.
Reaum. inf. 3. t. 25. f. 4-7.
Habitat in Ulmo campestri.

Pastinacæ. 3. *A. Pastinacæ sativæ.* *Fn. suec.* 706.
Habitat in Pastinacæ sativæ.

Sambuci. 4. *A. Sambuci nigræ.* *Fn. suec.* 707.
List. loqu. 391. *Cimex exiguus cæsius.*
Frisch. inf. 11. p. 14. t. 18.
Reaum. inf. 3. t. 21. 5-15.
Habitat in Sambuco nigra.

Rumicis. 5. *A. Rumicis Lapathi.* *Fn. suec.* 708.
Habitat in Rumicibus Lapathis dictis.

Lychnidis. 6. *A. Lychnidis dioicæ.*
Fn. suec. 719. *Aphis Cucubali.*
Habitat in Lychnide dioica.

Padi. 7. *A. Pruni Padi.*
Reaum. inf. 3. t. 23. f. 9. 10.
Habitat in Pruno Pado.

- Rosæ. 8. A. Rosæ.
Reaum. inf. 3. t. 21. f. 1-4.
Habitat in Rosis.
- Tiliæ. 9. A. Tiliæ europææ.
Frisch. inf. 11. p. 13. t. 17. Pediculus arboreus Tiliæ.
Reaum. inf. 3. t. 23. f. 1-8.
Habitat in Tilia europæa.
- Brassicæ. 10. A. Brassicæ oleraceæ.
Frisch. inf. 11. p. 10. t. 3. f. 15. Pediculus Brassicæ.
Habitat in Brassica.
- Craccæ. 11. A. Viciæ Craccæ.
Habitat in Vicia Cracca.
- Lactucæ. 12. A. Lactucæ.
Reaum. inf. 3. t. 22. f. 3. 4. 5.
Habitat in Lactuca oleracea.
- Cirsii. 13. A. Serratulæ arvensis. *Fn. suec. 713. It. wgoth. 307.*
Habitat in Serratula arvensi.
- Cardui. 14. A. Cardui. *Fn. suec. 714.*
Habitat in Carduis.
- Tanace- 15. A. Tanaceti vulgaris.
 ti. *Habitat in Tanaceto vulgari.*
- Abstin- 16. A. Artemisæ Absinthii. *Fn. suec. 715.*
 thii. *Habitat in Artemisia Absinthio.*
- Jacææ. 17. A. Centauræ Jacææ. *Fn. suec. 716.*
Habitat in Centaurea Jacæa.
- Betulæ. 18. A. Betulæ albæ. *Fn. suec. 717.*
Habitat in Betula alba.
- Roboris. 19. A. Quercus Roboris nigra, corniculis obsoletis atris
 medii abdominis.
Habitat in Quercu Robore.

20. A.

Aphides paviunt æstate vivos fetus, autumnu ponunt ova. A copula parentum fecundas nasci filias, æptes, proneptes, abnepes assererant entomologi. Aliæ apteræ, aliæ alatæ, absque sexus discrimine in eadem Specie; Pleraque duo cornua postica abdominis gerunt, quibus excernunt rorem melleum hæ Fornicarum vaccæ! Specis difficile distinguntur, difficilins definiuntur.

- Quercus. 20. A. Quercus proboscide longissima.
Reaum. inf. 3. t. 28. f. 5-14.
Habitat in corticibus Quercus, in Gallia.
- Pini. 21. A. Pini sylvestris. *Fn. suec. 718.*
Habitat in Pino sylvestri.
- Salicis. 22. A. Salicis.
Reaum. inf. 3. t. 22. f. 2.
Habitat in Salicibus.
- Populi. 23. A. Populi tremulæ.
Habitat in Populo tremula.
- burfaria. 24. A. Populi nigræ. *Fn. suec. 1355. It. scan. 311.*
Swamm. bibl. 45. f. 22-25. Hoffm. alt. hort. 51.
Reaum. inf. 3. t. 27. f. g. h. Seb. mus. 1. t. 37. f. 8.
Amb. hort. t. 96.
Merian. europ. 1. p. 15. t. 42.
Habitat in Populi nigræ foliis saccatis.
- Urticæ. 25. A. Urticæ, alba lanata postice truncata.
Frisch. inf. 8. p. 34. t. 17.
Habitat in Urtica Germanicæ. P. Forskål.
Inter maximas hujus generis, tota alba, obtecta quasi
setis; subtus vero lana alba, postice valde obtusa;
de genere hæreo, utrum ad Aphides aut Chermes
accedat.
200. CHERMES. *Rostrum pectorale.*
Antennæ thorace longiores.
Alæ IV deflexæ.
Thorax gibbus.
Pedes saltatorii.
- Grami- 1. C. Airæ flexuosa.
 nis. *Fn. suec. 693. Chermes graminis.*
Habitat in Graminibus, imprimis in Aira flexuosa.
- Ulmi. 2. C. Ulmi campestris. *Fn. suec. 694.*
Habitat intra folia revoluta Ulmi campestris.

- Cerastii. 3. *C. Cerastii viscosi*. *Fn. succ.* 695.
Habitat in foliis Cerastii viscosi conniventibus in capitulum.
- Pyri. 4. *C. Pyri communis*.
Habitat in Pyri communis foliis.
- Buxi. 5. *C. Buxi*.
Reaum. inf. 3. t. 29. f. 1-14.
Habitat intra Buxi folia summa conniventia; in Gallia.
- Urticæ. 6. *C. Urticæ dioicæ*. *Fn. succ.* 702.
Reaum. inf. 3. t. 29. f. 20. 22. 13.
Habitat in foliis Urticæ dioicæ.
- Betulæ. 7. *C. Betulæ albæ*. *Fn. succ.* 697.
Habitat in Betula alba.
- Alni. 8. *C. Betulæ Alni*. *Fn. succ.* 698. *Kalm. it.* 2. p. 275.
Frisch. inf. 8. t. 13. Vermis fuctorius Alni.
Reaum. inf. 3. t. 26. f. 1. 2. 3.
Habitant in Betulæ Alni ramulis Larvæ, caudis plumosis rectæ; in America septentrionali. Kalm.
- Quercus. 9. *C. Quercus Roboris*.
Habitat in Quercus foliis.
Corpus flavo albicans; Elytra ad marginem exteriorem lituris 4 fuscis; unica vero ad interiorem.
- Abietis. 10. *C. Pini Abietis*. *Faun. succ.* 700. *Fl. lapp.* 218. p. 347. *E.*
Clus. pan. 20. 21. *Picea pumila*.
Frisch. inf. 12. p. 10. t. 2. f. 3. Insectum tuberculi muricati.
Habitat in Pini Abietis apicibus turionum, quæ inde basi dilatatis foliolis abbreviatisque baccam mentiuntur.
- Salicis. 11. *C. Salicis*.
Habitat in Salicibus variis.
- Fraxini. 12. *C. Fraxini excelsioris*. *Fn. succ.* 703.
Habitat in Fraxino excelsiore.
- Aceris. 13. *C. Aceris platanoidis*. *Fn. succ.* 696.
Habitat in Acere platanoides.

- Ficus. 14. *C. Ficus Caricæ.*
Reaum. inf. 3. t. 29. f. 22.-24.
Habitat in Fico Carica.
201. COCCUS. *Rostrum pectorale.*
Abdomen postice setosum.
Alæ II erectæ masculis. Feminæ
apteræ.
- Hesperidum. 1. *C. Hybernaculorum.*
Fn. suec. 722. Coccus hesperidum.
Act. paris. 1692. p. 14. t. 14.
Frisch. inf. 12. p. 12.
Reaum. inf. 4. t. 1.
Habitat in arboribus sempervirentibus Hybernaculi.
- Aonidum. 2. *C. indarum arborum.*
Habitat in Asiæ arboribus sempervirentibus, ut in Camellia, aliisque.
Præcedenti minor, sed similis: Testa orbiculata, planiuscula, atro-purpurea, centro s. vertice tuberculo rotundo rubro, quod in senescentibus aperitur. Mas apterus, flavescens, oblongus, apice caudæ aliquot pilis rectis. Antennæ longitudine fere thoracis, filiformes.
- Quercus. 3. *C. Quercus Roboris.*
Reaum. inf. 4. t. 6. f. 1-4 & alia f. 8. 9. 10.
Habitat in Quercu Robore.
- Ilicis. 4. *C. Quercus cocciferæ.*
Garid. aixens. 250. t. 53. & 2. Geoffr. mat. 2. p. 782.
Reaum. inf. 4. t. 5.
Habitat in Galloprovincia Quercu coccifera.
Aceto immerguntur, exsiccantur supra lintea.
- Betulæ. 5. *C. Betulæ albæ. Fn. suec. 723.*
Habitat in Betula alba.
- Carpini. 6. *C. carpini Betuli. It. scan. 47.*
Habitat in Carpino Betulo.
- Ulmi. 7. *C. Ulmi campestris.*
Reaum. inf. 4. t. 2. 5. f. 5-7 & alia t. 7. f. 1-10.
Habitat in Ulmo campestri.

- Coryli. 8. *C. Coryli*.
Reaum. inf. 4. t. 3. f. 4-10.
Habitat in Corylo Avellana.
- Tiliae. 9. *C. Tiliae*.
Reaum. inf. 4. t. 3. f. 1-3.
Habitat in Tilia europaea.
- Rufci. 10. *C. Rufci*, testa octo clypeolis cincta.
Column. purp. 16. 4: 17. Lepas nova s. myrti morbus.
Klein. ostr. 1: 6 Lepas tessellata.
Habitat in Apulia. M. K hler.
Testa truncata. octagona, perforata, cincta octo clypeolis
instar testudinis: horum omnes in medio granulo nota-
ti, exceptis duobus lateralibus oppositis.
- Salicis. 11. *C. Salicis hermaphroditic e*.
Habitat in Salicis hermaphroditic e cortice, vix conspicuus.
- Vitis. 12. *C. Vitis vinifer e*.
Reaum. inf. 4. t. 6. f. 5-7.
Act. bonon. 2. pp. 2. p. 279. t. 284.
Habitat in Vite vinifera.
- poloni- 13. *C. radicis Scleranthi perennis*.
 cus. *Fn. suec. 720. Coccus radicum purpureus.*
Camer. epit. 691. Polygonum cocciferum.
Baub. pin. 281. Baub. hist. 3. p. 378.
Breyn. E. N. C. 1731. Reaum. inf. 4. p. 1.
Rupp. jen. 86. Frisch. inf. 5. p. 6. t. 2.
Act. ups. 1742. p. 54. t. 1.
Habitat in Scleranthi perennis radicibus.
- Pilosel- 14. *C. radicis Hieracii Pilosell e*.
 l e. *Sm. Paul. quadr. 113. Act. ups. 1742. p. 54. t. 2.*
Habitat in Hieracii Pilosell e radicibus.
- Phalari- 15. *C. radicum Phalaridis. Fn. suec. 721.*
 dis. *Habitat in Phalaridis canariensis radicibus.*
- Oxya- 16. *C. Crat egi Oxyacanth e*.
 canth e. *Reaum. inf. 4. t. 6. f. 11. 12.*
Habitat in Cratago Oxyacantha.

17. *C.*

Cocci tardi, imprimis matres gravidae, plantis adherent, sepe ramis, alia radicebus fere immobiles; Mares volatu saliant.

- Cacti. 17. *C. cacti coccinelliferi*.
Brown. jam. 435. Coccinella alis destituta corpore ru-
 gofo.
Sloan. jam. 2. p. 153; præf. t. 9.
Pet. gaz. 3. t. 1. f. 5. *Hern. mex. 78.*
Reaum. inf. 4. t. 7. f. 11. 19.
Habitat in Cactis Opuntiiis variis Americæ. Virus
transmissus a D. Rolandro in Hort. Uplaliensem 1756.
Corpus depressum, tomentosum, rugis transversis, &
margines laterales dorsi utrinque duplices: superiore
breviore. Abdomen purpurascens. Os: punctum su-
bulatum e medio pectoris. Antennæ subulatæ, corpo-
re $\frac{1}{3}$ breviores. Pedes breves, nigri.

202. THRIPS. *Rostrum* obscurum.
Antennæ longitudine thoracis.
Corpus lineare. Abdomen sursum
 reflexile.
Alæ IV, rectæ, dorso incumbentes,
 longitudinales, angustæ.

- Phyfa- 1. *T. elytris glaucis, corpore atro. Fn. suec. 726.*
 pus. *De Geer. act. Stockh. 1744. p. 3. t. 4. f. 4.* *Phyfapus*
ater, alis albis.
Habitat in floribus semiflosculosorum. Loti corniculatæ
flores clausos tumidosque reddit, spicas Secales inanit.
- minutis- 2. *T. elytris corporeque glauco, oculis fuscis.*
 sima. *Habitat in Europa.*
- Juniperi- 3. *T. elytris niveis, corpore fusco:*
 na. *De Geer. act. Stockh. 1744. p. 6. t. 1. f. 2.* *Phyfapus*
fuscus, alis albicantibus.
Habitat in Juniperis.
- fasciata. 4. *T. elytris albis nigrisque fasciatis, corpore fusco. Fn.*
suec. 727.
Habitat in floribus.

III. LEPIDOPTERA.

Alæ IV, imbricate squamis.
 Os Lingua involuta spirali.
 Corpus pilosum.

203. PAPHILIO. *Antennæ* apicem versus crassiores,
 sæpius clavato - capitatæ.
Alæ (sedentis) erectæ, sursumque
 conniventes (volatu diurno).

* EQUITES Trojani.

Priamus. I. P. E. alis denticulatis tomentosis supra viridibus : in-
 stitis atris ; posticis maculis sex nigris.

Vincet. mus. 10. Papilio amboinensis viridi & nigro-
 holosericeus insignis.

Mus. petrop. 664. Papilio f. Atlas amboinensis, alis su-
 perioribus holoserice nigris : institis viridibus.

Habitat in Amboina.

*Papilionum omnium Princeps longe angustissimus, totus
 holosericeus, ut dubitem pulchrius quidquam a natura
 in insectis productum.*

Cor-

Papiliones dividuntur in VI phalanges :

a. Equites *Alis* primoribus ab angulo postico ad apicem longioribus, quam ad basin ;
 bis sepe *Antennæ* filiformes.

— — Trojani ad Pectus maculis sanguineis, (sæpius nigri). 1 - 17.

— — Achivi Pectore incremento, oculo ad angulum anti :

— — *Alis* absque fasciis. 18, 19.

— — *Alis* fasciatis. 20 - 40.

b. Heliconii *Alis* angustis integerrimis striatis : primoribus oblongis ; posticis brevissi-
 mis. 41 - 55.

c. Danaï *Alis* integerrimis.

Candidi *Alis* albidis 56 - 74.

Festivi *Alis* variegatis 75 - 87.

d. Nymphales *Alis* denticulatis :

Geminati *Alis* ocellatis :

Ocellis in *Alis* omnibus 88 - 103.

in *Alis* primoribus 104 - 106.

in *Alis* posticis 107 - 110.

Phalerati *Alis* cæcis absque ocellis 111 - 144.

e. Plebei parvi : *Larva* sæpius contracta :

Rurales *Alis* maculis obscurioribus 145 - 161.

Urbicolæ *Alis* sæpius maculis pellucidis 162 - 168.

f. Barbari corollarii loco adjecti, ad ordines non relati. 169 - 192.

Corpus *imæ magnitudinis*. Caput ♂ Pedes *nigra*. Thoracis latera *lineis transversis coccineis*. Abdomen *flavissimum*. Antennas *non vidi*.

Alæ primores supra *virides margine nigrae*: macula *nigra ovato-oblonga magna disci*; Subtus *nigricantes*: Macula *viridis linearis versus marginem anteriorem & apicem*; Macula *viridis parva duplicata in disco*; Macula *viridis magna disci versus marginem posticum, in qua Puncta 6 nigra oblonga*.

-- Secundariæ supra *virides margine nigro*: Maculae 4 *nigrae versus marginem posticum*; Macula *fulva major, tecta ab alis primoribus*. Subtus *virides margine nigro dentato*; Maculae 6 *nigrae, rotundatae, intra marginem*; Macula *fulva, magis oblonga, ante primores*; Margo *interior niger, lana ferruginea longissima*.

Hector. 2. P. E. alis caudatis concoloribus nigris: primoribus fascia alba; posticis maculis rubris. *M. L. U.*

Raj. inf. 134. ♂ 137. Papilio indica maxima nigra. Habitat in Indiis.

Alæ Primores *fascia alba ex maculis 8 ovalibus bifidis, præter reliquas*; Posticæ *arcu duplici e maculis coccineis retrorsum lunatis*.

Paris. 3. P. E. alis caudatis nigris: posticis macula cærulea ocelloque purpureo; subtus ocellis septem. *M. L. U.*
Knorr. del. t. C. 3. f. 1.

Habitat in Asia.

Alæ supra *atomis cæruleis*; Posticæ *subtus atomis albis & ocellis 7 intra marginem posticum. Datur etiam e-caudatus.*

Helenus. 4. P. E. alis caudatis nigris: posticis macula alba: subtus tribus albidis lunulisque septem ferrugineis. *M. L. U.*
Habitat in Asia.

Troilus. 5. P. E. alis caudatis nigris: primoribus punctis marginalibus pallidis; posticis subtus maculis fulvis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.

Deiphobus. 6. P. E. alis caudatis nigris: subtus basi rubro maculatis; posticis maculis septem rubris subannularibus. *M. L. U.*

- Pet. gaz. t. II. f. 8.* Papilio luz. maximus nigrescens:
maculis coccineis.
Habitat in Asia.
- Polytes. 7. P. E. alis caudatis nigris concoloribus: posticis lunulis
rubris maculique quintuplici alba. *M. L. U.*
Ehret. pict. t. 10.
Habitat in Asia.
- Pammon. 8. P. E. alis caudatis nigris concoloribus: omnibus mar-
gine maculatis; posticis fascia maculis septem albis.
Habitat in Asia.
- Glaucus. 9. P. E. alis subcaudatis nebulosis concoloribus: primori-
bus macula flava; posticis macula ani fulva. *M. L. U.*
Habitat in America.
Alæ Posticæ *Linea transversa fusca bifida; ceterum*
Troilo similis.
- Anchises. 10. P. E. alis dentatis nigris concoloribus: posticis macu-
lis septem coccineis ovatis. *M. L. U.*
Merian. surin. 17. t. 17.
Sloan. jam. 2. p. 216. t. 239. f. 19, 20.
Edw. av. t. 207.
Ehret. pict. t. 9.
Habitat in Citro Americis. Larva tentaculata.
- Polyda- 11. P. E. alis dentatis nigris fascia interrupta flava, po-
mas. sticis subtus rubro notatis. *M. L. U.*
Merian. sur. 31. t. 31.
Habitat in Hibisco mutabili Americis.
Alæ supra *fascia lutea e maculis parallelis sagittatis;*
Posticarum *margo subtus maculis 7, linearibus, flexu-*
osis (3), coccineis.
- Mem- 12. P. E. alis dentatis nigris: omnibus basi subtus rubro
non. notatis. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. II. f. 8. *Raj. inf. 135.*
Habitat in Asia.
Alæ Primores *subtus macula ovata, rubra: Posticæ pa-*
ribus 6 subrotundis, atris.
- Agenor. 13. P. E. alis dentatis nigris basi sanguineis: primoribus
triatis; posticis disco albo maculis nigris.
Habitat in Asia.

Alæ Primores concolores, albo late striatæ. Posticæ atræ disco albo, postice cinctæ maculis 7 nigris, versus anum rubro infectis. Similis Deiphobo.

Sarpedon. 14. P. E. alis dentatis nigricantibus fascia viridi: posticis subtus linea basæos maculisque quinque rubris.
Habitat in Asia.

Æneas. 15. P. E. alis dentatis atris: primoribus supra macula viridi; posticis macula palmata sanguinea.
Rœs. inf. 4. p. 24. t. 2. f. 2.
Habitat in Asia.

Alæ posticæ subtus maculis 5, sanguineis, basi approximatis.

Panthous. 16. P. E. alis dentatis nigris concoloribus: primoribus albo maculatis; posticis maculis albis nigra fœtis.
M. L. U
Habitat in Indiis.

Pandarus. 17. P. E. alis subdentatis nigricantibus albo-maculatis concoloribus; posticis flavis: ocellis septem nigris.
Habitat in India.

* *Equites Achivi.*

Helena. 18. P. E. alis dentatis atris concoloribus; posticis disco communi aurato.
Mer. surin. in tabula titulo præfixa, figura maxima.

Habitat in floribus Arcæ Americæ.

Speciosissimus colore fulgentissimi auri, utrinque in disco alarum posticarum.

Mene-laus. 19. P. E. alis dentatis: supra cæruleis nitidissimis; subtus nebulosis punctis fuscis.

Merian. surin. 53. t. 53.

Knorr. delict. t. C. 4. f. 2.

Habitat in America meridionali.

Color alarum cæruleus pagina superioris adeo politus nitidusque, ut vix simile in verum natura conspiciatur.

Sexus alter in pagina inferiore alarum primorum Ocellos 2, in posticarum 3 gerit.

20. P. E.

Hexapodi sunt plurimi Equites; sed de Menelao, Achille, Idomeneo nobis non constat.

- Ulysses. 20. P. E. alis caudatis nigris : disco cæruleo radiante ; posticis subtus ocellis septem.
Habitat in Asia.
 Alæ Primores atræ : a basi ad medium macula cærulea septem-dentata : maculis 7 fuscis lanceolatis parallelis, in parte alarum nigra, simul aream cæruleam intrantibus.
- Agamemnon. 21. P. E. alis caudatis nigris viridi-maculatis ; posticis subtus oculo lunato maculisque rubris.
Habitat in Asia. Osbeck.
 Alæ posticæ subtus maculis nigris apice rubris. Similis Teucro, sed magis niger maculisque mindribus flavis.
- Diomedes. 22. P. E. alis caudatis nigris : supra introrsum viridibus ; posticis lunulis cyaneis.
Habitat in Indiis.
 Alæ posticæ supra versus basin cyaneæ, lunulisque interdentes cyaneis ; subtus maculis marginalibus 6 semicellatis.
- Patroclus. 23. P. E. alis caudatis concoloribus fuscis : fascia lineari alba apicibusque albis.
Habitat in Indiis.
 Antennæ filiformes ut in Idomeneo, Telepho, Achille.
- Pyrrhus. 24. P. E. alis bicaudatis fuscis fascia communi alba : primorum dimidiata.
Habitat in Indiis.
 Alæ posticæ dentibus 2 longioribus ; his margo flavus lunulis 3 rufis : quarta remotiore.
- Leilus. 25. P. E. alis caudatis concoloribus nigris : fascia lineisque viridibus nitentibus numerosis.
Merian. sur. 29. t. 29.
Sloan. jam. 2. p. 215. t. 239. f. 11, 12.
Knorr. delic. t. C. f. 1.
Habitat in Citro Americæ.
- Ajax. 26. P. E. alis obtuse caudatis concoloribus fuscis : fasciis flavescensibus, angulo ani fulvo.
Raj. inf. 111. n. 2. Edw. av. 34.
Habitat in America boreali.
- Ma chaon. 27. P. E. alis caudatis concoloribus flavis : fasciis fuscis : angulo ani fulvo. *Fn. suec. 791.*

Mouff. inf. 99. t. 968. *Merian. cur.* 1. 94 & 163.
Alar. inf. 96. n. 5, 6. f. 1. *Frisch. inf.* 2. t. 10.
Jonst. inf. t. 5, 7. *Reaum. inf.* 1. t. 29. f. 1. & t. 30.
Column. ecph. 2. t. 86. *Rœs. inf.* 1. pap. 2. t. 1.
Raj. inf. 110. n. 1. *Wilk. pap.* 47. t. 1. a. 1.
Habitat in Europæ Umbellatis & Ruta.

Antilo- 28. P. E. alis caudatis concoloribus flavis : fasciis margi-
 chus. neque nigris, caudis albis longitudine aia.

Pet. mus. 50. n. 505. *Papilio caudatus maxintus, striis umbrisque nigris.*

Catesb. carol. 2. t. 83.

Habitat in America septentrionali.

Protesilaus. 29. P. E. alis caudatis subconcoloribus albidis : fasciis fuscis : unica subtus sanguinea, angulo ani rubro.

Pet. mus. 50. n. 502.

Sloan. jam. 2. p. 218. t. 239 f. 1, 2.

Mer. surin. 43. t. 43.

Seb. mus. 1. t. 11. f. 2.

Catesb. car. 2. t. 100.

Habitat in America septentrionali.

Simillimus Podalirio Europæ australis & Africae ; an satis diversus ?

Nestor. 30. P. E. alis dentatis supra fuscis maculis discoque cæruleis, subtus ocellis tribus binisque. †

Mer. surin. 9. t. 9.

Habitat in Punicæ Americæ.

Telema- 31. P. E. alis dentatis supra fuscis imaculatis : area com-
 chus. muni cærulea radiata ; singulis subtus ocellis sex. †

Merian. surin. 68. t. 68.

Habitat in America.

Simillimus parenti, sed minor, nec caudatus.

Achilles. 32. P. E. alis dentatis : supra nigris fascia cærulea, subtus fuscis : ocellis tribus quinisque. *M. L. U.*

Me-

Larva Machaonis, Anchises & pluvium Equitum Tentacula duo supra caput exserit, uti Larva Apollinis, utrum vero idem in reliquis Equitibus obtineat, dies docebit.

Podalirius. *Raj. inf.* 111. n. 3. *Rœs. inf.* 1. pap. 2. t. 2. *Reaum. inf.* 1. t. 11. f. 4, 3.

Habitat in Europæ australis & Africae Brassica.

Hic tam multa habet cum Protesilao communia, ut Larva magis immotescat, antequam vere distinguatur.

Merian. surin. 7. t. 7.
Knorr. delic. t. C. 2. f. 1, 2.
Habitat in Plsidio Americas.

- Teucer. 33. P. E. alis subrepandis lividiusculis, subtus nebulosis; posticis ocellis tribus: postremo maximo. *M. L. U.*
Merian. surin. 23. t. 23.
Sloan. jam. 2. p. 219. n. 24.
Knorr. delic. t. C. 1. f. 1, 2?
Pet. gaz. t. 28. f. 1?
Habitat in Mula Americas.
- Idome- 34. P. E. alis subrenatis fuscescentibus, subtus nebulosis: neus. ocello magno flavescente. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 28. f. 1.
Merian. surin. 60. t. 60.
Habitat in America meridionali.
- Demo- 35. P. E. alis dentatis fuscis: maculis fasciaque maculosa leus. flavis; posticis ocellis binis. *M. L. U.*
Ehret. pict. t. 5.
Habitat in Asia.
Ocellus cœruleus ad marginem anteriorem, rarer ad angulum ani.
- Demo- 36. P. E. alis dentatis: supra nigris fascia viridi, subtus phon. griseo marmoratis. *M. L. U.*
Raf. insf. 4. t. 4. f. 1?
Habitat in Indiis.
Mas intra marginem alarum posticarum punctis 5 albis;
Femina vero ocellis 2.
- Eurypy- 37. P. E. alis dentatis nigris: fascia interrupta viridi; posticis subtus rubro maculatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Alæ primores subtus maculis 6 atro-sanguineis in disco.
Variat maculis alarum albis loco viridium, an sexu?
- Nireus. 38. P. E. alis dentatis nigris fascia inaurata viridi, subtus nigricantibus.
Habitat in Indiis.

Stelenes. 39. P. E. alis dentatis supra fuscis: fascia virescente obtusa interrupta.

Pet. gaz. t. 13. f. 1.

Merian. furin. 2. t. 2.

Sloan. jam. 2. p. 217. t. 239. f. 9, 10.

Habitat in America.

Philocte-40. P. E. alis angulatis fuscis: posticis supra maculis duabus cæruleis pupilla nigra.

Habitat in Indiis.

Alæ Primores punctis 4 albis & maculis 3 violaceis; subtus fascia linearis alba; linea transversa atra ad basin. Posticæ punctis nigris albis maculisque duabus.

* HELICONII:

Apollo. 41. P. H. alis oblongis integerrimis albis: posticis ocellis supra quatuor, subtus septem. *Faun. suec. 802. 1k. goth. 230.*

Mouff. inf. 94. f. 2, 3. De Geer. inf. 1. t. 18. f. 12, 13.

Pet. mus. 49. n. 502. Ræf. inf. 4. pap. 29. t. 4. f. 1, 2. gaz. t. 23. f. 8.

Schæff. monogr. 1754. t. 2. f. 2, 3.

Raj. inf. 193. n. 2.

Habitat in Sedo Telephio, Saxifr. Cotyledon. frequens in Svecia.

Larva Tentaculis 2 ad occiput, quemadmodum E. Machaonis.

Mnemo-42. P. H. alis oblongis integerrimis albis nigro-nervosis: primoribus maculis duabus nigris marginalibus.

syn.

Uddm. diff. 55.

Habitat in Finlandia.

Præcedenti similis, licet specie distinctissimas.

Piera. 43. P. H. alis oblongis integerrimis hyalinis diaphanis, posticis ocellis binis. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Aglaja. 44. P. H. alis nigris albo subradiatis puncto centrali albo: posticis subtus luteis basi cruentatis.

Habitat in Asia.

Statura P. Apollinis sed dimidio minor. Alæ omnes supra nigrae versus basin cærulescentes, in ambitu radiatae striis albis rhombeis. Punctum album in centro cruentis alæ. Subtus alæ primores concolores; Posticæ

ala subtus sulphurea venis nigris, sed margine nigra, & basi sanguinea. Hæ alæ etiam ad marginem ant supra flavescunt.

- Terpsicore. 45. P. H. alis oblongis integerrimis flavis, posticis saturatoribus: maculis nigris imparis. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 40. f. 4.
Habitat in Asia.
- Calliope. 46. P. H. alis oblongis integerrimis luteis: primoribus striis tribus; posticis fasciis tribus nigris. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- Poly-
 mnia. 47. P. H. alis oblongis integerrimis luteis; primoribus fascia flava; posticis fasciis tribus nigris. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 12. f. 8.
Edw. av. t. 175. *Rœf. inf. 4. p. 43. t. 5. f. 2.*
Habitat Surinami.
- Urania. 48. P. H. alis oblongis integerrimis fuscescentibus disco albis; posticis ocellis utrinque binis.
Habitat in Indiis.
- Euterpe. 49. P. H. alis oblongis integerrimis nigris albo-punctatis fascia fulva. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 4. f. 2.
Habitat in America.
- Ricini. 50. P. H. alis oblongis integerrimis fuscis; primoribus utrinque fasciis duabus flavis. *M. L. U.*
Ehret. pict. t. 1.
Merian. sur. 30. t. 30.
Rœf. inf. 4. p. 42. t. 5. f. 1. mas.
Habitat in Ricino Americæ.
Mas alas posticas basi purpureas gerit.
- Pfidii. 51. P. H. alis oblongis integerrimis fuscis; primoribus fasciis tribus; posticisque duabus hyalinis. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 40. f. 3.
Mer. surin. 19. t. 19.
Edw. av. t. 80.
Rœf. inf. 4. p. 25. t. 2. f. 3.
Sloan. jam. 2. p. 217. t. 239. f. 15, 16?
Habitat in Americæ, Asia Pſidio.

- Clio. 52. P. H. alis oblongis integerrimis fuscis: primoribus albo maculatis; posticis fascia alba. *M. L. U.*
Mer. surin. 35. t. 35.
Habitat in Sophora Americæ.
- Thalia. 53. P. H. alis oblongis integerrimis fuscis: primoribus flavo-maculatis; posticis striatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- Erato. 54. P. H. alis oblongis integerrimis atris: primoribus flavo-maculatis basi rubris; posticis rubro-striatis.
Habitat in Indiis.
- Melpomene. 55. P. H. alis oblongis integerrimis nigris, basi subtus rubris: primoribus utriusque fascia rubra.
Edw. av. t. 38.
Sloan. jam. 2. p. 219. t. 239. f. 25, 26.
Pet. gaz. t. 6. f. 7.
Ræf. inf. 4. p. 27. t. 3. f. 6.
Habitat in America.

* DANAI candidi.

- Anacardi. 56. P. D. alis integerrimis angulatis virescenti-albidis apice fuscis; posticis ocellis duobus. *M. L. U.*
Mer. surin. 16. t. 16.
Habitat in Anacardio Americæ.
Larva lanata alba, lana longa ad latera reflexa.
Alæ primores supra ocellis 2 cæcis ad marginem posticum. Posticæ ocellis 2 cæcis ad marginem posteriorem & incarnatæ ad angulum ani.
- Cratægi. 57. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: venis nigris.
Faun. suec. 796. It. gotland. 182.
Aldr. inf. 246. f. 6. Merian. eur. 2. t. 35.
Mouff. inf. 103. Reaum. inf. 2. t. 2. f. 9, 10.
Pet. inf. 33. n. 301. De Geer. inf. 1. t. 14. f. 19, 20.
Raj. inf. 115. n. 5. Ræf. inf. 1. p. 2. t. 3.
Albin. inf. 2. t. 2. Wilk. pap. 49. t. 2. a. 1.
Habitat in Pruno, Cratægo, Sorbo.

- Brassicæ. 58. P. D. alis integerrimis rotundatis: primoribus maculis duabus apicibusque nigris, major. *Fz. suec. 799.*

- Mouff. inf.* 189. f. 1. *Vallisn. nat.* 1. t. 1.
Gæd. inf. 1. t. 11. *Swamm. bibl.* t. 37. f. 6.
List. gæd. 16. f. 7. *quart. t.* 13. f. 6.
Blank. inf. t. 4. f. A-D. *Reaum. inf.* 1. t. 29. f. 1.
Raj. inf. 113. n. 1. & 348. *t.* 10. f. 7.
cantabr. 134. *Rœs. inf.* 1. pap. 2. t. 4.
Pet. gaz. t. 62. f. 3. *Wilk. pap.* 49. t. 2. a. 2.
Habitat in Brassica.
- Rapæ. 59. P. D. alis integerrimis rotundatis: primoribus maculis
 duabus apicibus nigris, minor. *Fn. succ.* 798.
Mouff. inf. 971. f. 9, 10. *Pet. gaz.* t. 64. f. 4.
Gæd. inf. 1. t. 27. *Alb. inf.* t. 51. f. C-F.
List. gæd. 22. f. 8. *Reaum. inf.* 1. t. 29. f. 7, 8.
Blank. inf. t. 5. f. A-D. *t.* 2. f. 3.
Raj. inf. 114. n. 1, 2, 3. *Rœs. inf.* 1. pap. 2. t. 5.
Robert. ic. t. 6. *Wilk. pap.* 50. t. 2. a. 3.
Habitat in Brassicis, Tropæolo.
- Napi. 60. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: subtus venis
 dilatato-virescentibus. *Fn. succ.* 797.
Raj. inf. 114. n. 4. *Alb. inf.* t. 52. f. F. G.
Pet. gaz. t. 62. f. 4. *Wilk. pap.* 50. t. 2. a. 4.
Merian. eur. 2. t. 39.
Habitat in Brassica & affinibus.
- Sinapis. 61. P. D. alis integerrimis rotundatis albis immaculatis:
 apicibus fuscescentibus. *Fn. succ.* 800.
Habitat in Brassica & affinibus.
- Daplidi- 62. P. D. alis integris rotundatis albis margine fuscis,
 ce. subtus luteo-griseis albo maculatis.
Pet. gaz. t. 1. f. 7. *Raj. inf.* 116. n. 10.
Habitat in Europa australi & Africa.
Statura P. Napi. Alæ apicibus primorum imprimis nigra cum macula una alterave obsolete fusca; omnes subtus venis dilatatis luteo griseis albo maculatae; in Mare alæ posticæ supra albæ immaculatæ.
- Cardami- 63. P. D. alis integerrimis rotundatis albis: primoribus
 nes. medio fulvis; posticis subtus viridi nebulosis.
Fn. succ. 801. P. Aurora.
Mouff. inf. 106. f. 2, 3, 4. *Merian. eur.* t. 181.
Fonst. inf. t. 5. *Edw. av.* t. 125.
Raj. inf. 115. n. 6, 7. *Rœs. inf.* 1. pap. 2. t. 8.
Robert.

Robert. ic. t. 21.

Wilk. pap. 50. t. 2. a 5.

Valent. herb. t. 183.

Habitat in Cardamine, Brassica campestri, Thlaspi.

Sexus alter caret macula fulva in alis primoribus.

Euippe. 64. P. D. alis integerrimis rotundatis flavescens : primoribus apice (medio fulvo) nigris ; posticis subtus albis. *M. L. U.*

Pet. gaz. t. 9. f. 10.

Habitat in Asia.

Macula fulva intra nigredinem apicum, nec infra ut in præcedente ; Alæ posticæ subtus albæ, nec nebulosæ.

Glaucipe. 65. P. D. alis integerrimis rotundatis albis : primoribus apice (medio fulvo) nigris ; posticis subtus cinereis.

Edw. av. 128. t. 128.

Habitat in Asia.

Pyranthe. 66. P. D. alis integerrimis rotundatis albidis : supra puncto apiceque nigris, subtus griseo-albis puncto fulvo.

Habitat in Asia.

Arfalte. 67. P. D. alis integerrimis rotundatis albis ; striis marginalibus nigris : primoribus antice basi flavescens. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Hyparete. 68. P. D. alis integerrimis rotundatis albis ; posticis subtus venis maculisque sanguineis.

Habitat in Indiis.

Damone. 69. P. D. alis integerrimis rotundatis albis ; primoribus maculis nigris.

Habitat in Indiis.

Trite. 70. P. D. alis integerrimis flavis : primoribus supra margine nigris, singulis subtus linea transversa ferruginea.

M. L. U.

Habitat in Calidioribus regionibus.

Sequenti adeo similis, ut forte sola sexus differentia.

Hyalæ. 71. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis ; posticis macula fulva, subtus puncto sesquialtero argenteo.

Pet. gaz. t. 14. f. 11.

Raj. inf. 112. n. 6.

Res. inf. 3. t. 46. f. 4, 5.

Uddm. inf. 56.

Habitat in Europa, Africa.

Sennæ. 72. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis apice nigris, singulis subtus puncto gemino ferrugineo argenteo.

Sloan. jam. 2. t. 236. f. 11, 12.

Raj. inf. 112. n. 5.

Merian. surin. 58. t. 58.

Habitat in Cassia Americæ.

Rhamni. 73. P. D. alis integerrimis angulatis flavis: singulis puncto flavo: subtus ferrugineo. *Fn. suec. 795.*

Mossf. inf. 198. t. 193. f. 1. Raj. inf. 112. n. 4.

Fonst. inf. t. 5, 6.

De Geer. inf. 1. t. 15. f. 8, 9.

Robert. ic. t. 13.

Kox. inf. 3 t. 46. f. 1, 2, 3.

Alb. inf. t. 2. f. 3.

Wilk. pap. 48. t. 1. a. 2.

Habitat in Rhamno Europæ, Africa.

Hecabe. 74. P. D. alis integerrimis rotundatis flavis extimo nigris: singulis subtus punctis pallidis.

Pet. gaz. t. 28. f. 9.

Habitat in Asia.

* DANAI festivi.

Midamus. 75. P. D. alis integerrimis nigris albedo punctatis: primoribus supra carulescentibus; posticis punctorum alborum linea.

Aët. Stockh. 1748. t. 16. f. 1, 2.

Ehret. pict. t. 3. C. 11.

Habitat in Asia.

Corpus atrum punctis albis. Alæ atro-carulescentes. Posticæ serie intra marginem e punctis albis & alia serie interiore punctis majoribus albis.

Niavius. 76. P. D. alis integerrimis nigris: primoribus fascia alba; posticis macula bateos communi alba. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Alæ posticæ subtus carulescentes, venis striatæ, basi albide.

Enceladus. 77. P. D. alis integerrimis fuscis: punctis marginalibus disci octo albis. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Obiinus. 78. P. D. alis integerrimis supra nigris fascia cyanea, subtus viridibus fascia albida. *M. L. U.*

Habitat in India.

Perius. 79. P. D. alis subintegerrimis : supra fuscis, subtus flavescen-
tibus : fasciis albis ; posticis punctis septem albis. *M.L.U.*
Habitat in Indiis.

Plexip- 80. P. D. alis integerrimis fulvis : venis nigris dilatatis ,
pus. margine nigro punctis albis.
Pet. mus. 58. n. 527. Raj. inf. 138. n. 3.
Sloan. jam. 2. p. 214. t. 239. f. 5, 6.
Catesb. car. 2. t. 88.
Habitat in America septentrionali.
Alæ primores fascia alba, ut in sequente, cui similis.

Chrysip- 81. P. D. alis integerrimis fulvis margine nigro punctis
pus. albis, posticis disco punctis nigris.
Raj. inf. 139. n. 1.
Edw. av. 189. t. 189.
Habitat in Ægypto, America.

Cassia. 82. P. D. alis integerrimis fuscis : primoribus posticarum-
que margine fascia ferruginea, omnibus subtus ocella-
tis. *M. L. U.*
Merian. surin. 32. t. 32.
Habitat in Cassiis Americas.
Simillima P. Sophoræ, sed Larva diversissima.

Sophoræ. 83. P. D. alis integerrimis fuscis ; fascia ferruginea ; sub-
tus primoribus ocello unico, posticis tribus. *M. L. U.*
Merian. surin. 35. t. 35. f. 1. 2.
Habitat in Sophora Americas.

Mineus. 84. P. D. alis integerrimis subfuscis : subtus posticis ocel-
lis septem ; anticis duobus : supra unico.
Habitat in China.
Magnitudo Pap. Urticæ. Alæ supra cinereo - fusca.
Primores supra ocello 1 nigro ; subtus duobus. Posticæ
subtus ocellis 7, quorum 1, 4, 5 majores.

Hyperan- 85. P. D. alis integerrimis fuscis ; primoribus subtus ocel-
tus. lis tribus ; posticis utrinque quinque. *Fn. svec. 788.*
Pet. mus. 34. n. 313. Raj. inf. 129. n. 7.
Habitat in Europæ sylvis.

G g 4 86. P. D.

Nomina Trivialia a plantis, e quibus vitam hauriunt, quasque consumunt minuunt-
que, desumpta, ubi obtinenda, primaria sunt ; cum vero de his in paucis consistet,
parum refert unde succedanea desumantur, ubi non desumunt.

Pamphi- 86. P. D. alis integerrimis fulvis; subtus primoribus ocellus, lo unico; posticis fascia alba.

Fn. suec. 789. Tityrus.

Pet. mus. 34. n. 311.

Merian. eur. t. 154.

Raj. ins. 125. n. 19.

Raf. inf. app. 1. t. 34. f. 7, 8.

Habitat in Europa.

Sexus alter minor. Alis posticis subtus ocellis 6: primo majore.

Xanthus, 87. P. D. alis integerrimis: supra fuscis fascia ferruginea; posticis subtus ocellis duobus: altero lunari. *M. L. U.*
Habitat in Calidis regionibus.

Ala Primores subtus intra apicem saepe ocello notatæ. Posticæ subtus ad marginem anticum ocello majore littera C. alba notato & altero in medio alæ.

* NYMPHIALES *Gemmati.*

Io. 88. P. N. alis angulato-dentatis fulvis nigro-maculatis: singulis subtus ocello cæruleo.

Fn. suec. 776. Oculus pavonis.

Mouff. inf. 968. t. 99. f. *inf.* *Hoffm. pict. t.* 12. f. 9.

Jenst. inf. 40. t. 5.

Mer. eur. 1. t. 26.

Pet. mus. 34. n. 314.

Alb. inf. t. 3. f. 4.

Valent. herb. t. 57.

Reaum. inf. 1. t. 25. f. 1, 2.

Raj. ins. 122. n. 14.

Raf. inf. 1. pap. 1. t. 3.

Gœd. inf. 1. t. 1.

Wilk. pap. 55. t. 3. a. 2.

List. gœd. f. 1.

Habitat in Urtica, Humulo.

Almana. 89. P. N. alis angulatis luteis: singulis supra ocellis sesquialteris: anteriore pupilla gemina.

Edw. av. t. 84.

Habitat in Asia.

Similis Asterie, sed Ala magis angulatæ.

Asterie. 90. P. N. alis dentatis luteo-variis: singulis utrinque ocellis sesquialteris: anteriore pupilla geminata. *M. L. U.*
Habitat in India.

Aonis. 91. P. N. alis angulatis griseis, primoribus flavescenti-nubulosis: supra ocellis sesquialteris. *M. L. U.*

Habitat in Asia.

Varietas alis subtus lividis & purpurascensibus. Ocelli subtus obsoleti sunt.

- Oenone. 92. P. N. alis denticulatis : primoribus albido-maculatis subbiocellatis; posticis basi cyaneis ocellis duobus.
Pet. gaz. t. 4. f. 3.
Edw. av. t. 37. mas & femina.
Habitat in Asia.
Aliis Ocelli in pagina superiore, aliis in inferiore, aliis nulli in pagina superiore.
- Lemonias. 93. P. N. alis dentatis griseis punctis flavescensibus : omnibus ocello unico. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Ocellus in alis Anticis ad angulum posticum; in Posticis contra ad angulum anticum.
- Orithya. 94. P. N. alis dentatis fuscis : omnibus supra ocellis utrinque duobus; primoribus subtus unico. *M. L. U.*
Edw. av. t. 26.
Habitat in Indiis
Ocelli ad marginem exteriorem: posteriore majore in alis primoribus.
- Feronia. 95. P. N. alis dentatis supra cæruleo fuscoque undulatis : omnibus ocellis sex.
Habitat in India.
Alæ posticæ subtus quatuor literis o similibus; hexapus.
- Mæra. 96. P. N. alis subdentatis fusco-nebulosis : utrinque primoribus sesquiocello; posticis ocellis supra tribus.
Fn. svec. 785. Satyrus.
Mouff. inf. 972. t. 104. f. 10. Raj. inf. 123. n. 15.
Aldr. inf. t. 244. f. 12. Robert. icon. t. 15. f. 2.
Fonst. inf. t. 58. f. 6. Merian. eur. 1. t. 27. f. 16, 17.
Pet. mus. 34. n. 312. Wilk. pap. 53. t. 2. b. 3.
Habitat in Gramine sylvarum.
Alæ posticæ subtus Ocellis sex, quorum ultimus pupilla gemina.
- Ligea. 97. P. N. alis subdentatis fuscis fascia rufa : utrinque primoribus ocellis quatuor, posticis tribus.
Fn. svec. 787. Alexis.
Alb. inf. t. 5. f. 1.
Habitat in Europæ sylvis.
- Ægeria. 98. P. N. alis dentatis fuscis luteo-variegatis : primoribus ocello utrinque unico; posticis supra tribus.

- Reaum. inf.* 1. t. 27. f. 16, 17.
Wilk. pap. 53. t. 2. b. 4.
Habitat in Europæ australioris Gramine, & in Mauritania.
Statura P. 96. Meræ. Alæ supra fasciæ maculis luteis, subtus flavo nebulatæ. Primores ocello unico utrinque. Posticæ supra ocellis 3 (tertio sæpe cæco); subtus puncta alba ocellorum loco.
- Galathea. 99. P. N. alis dentatis albo nigroque variis, subtus primoribus ocello unico, posticis quinque obsoletis.
Pet. mus. 33. n. 304. t. 1. f. 3. *Raj. inf.* 116. n. 9.
Wilk. pap. 52. t. 2. b. 1.
Habitat in Gramine Germaniæ & australioris Europæ.
Statura P. Rapa. Alæ dentatæ supra albo nigroque varie maculatæ; subtus concolores, sed pallidiores. Ocelli, in pavina inferiore tantum, obsoleti: primoribus versus angulum exteriorem 1; posticis 2 & 3: horum uno proximus duplicatus. Antennæ apice subtus rufæ.
- Cyrene. 100. P. N. alis angulatis: supra cinerascens ocellis submarginalibus, subtus pallidis ocellis binis.
Habitat in Indiis.
Alas subtus linea transversa repanda dividit; extra hanc in singulis alis Puncta 2 ocellaria & aliquot simplicia.
- Semele. 101. P. N. alis dentatis fulvo nigroque nebulosis: primoribus utrinque ocellis duobus; posticis supra unico.
Fn. svæc. 784. Faunus.
Pet. gaz. t. 14. f. 9.
Raj. inf. 128. n. 6.
Rœf. inf. app. 1. t. 34. f. 5, 6.
Habitat in Europæ Syriæ.
- Leda. 102. P. N. alis angulatis luridis: primoribus supra ocello geminato; posticis subtus ocellatis.
Habitat in Asia.
Magnitudo P. Io. Alæ posticæ transverse angulatæ, sexu diversicolors.
ALTER Alis - - omnibus supra luridis; Primores versus exteriora ocello didymo nigro pupilla alba. Posticæ ad marginem posticum ocellis 3 atris pupilla alba. Subtus omnes griseo reticulatæ s. nebulosæ: Primores subtus pan-

punctis 3 ocellaribus versus marginem anteriorem. Posticæ ocellis 6 versus marginem anteriorem, quorum 2 minimus, 6 duplii pupilla.

ALTERA supra cum priori eadem, sed posticæ supra regionem pupillarum punctis 3 s. 4 minimis albis. Subtus omnes lurido griseæ punctis 3 s. 4 albis obsoletis sub regione pupillæ.

Helie. 103. P. N. alis subdentatis luridis livido subfasciatis, subtus magis nebulosis, omnibus utrinque ocellis oblitteratis.

Habitat in Asia.

Facies P. Leda. Alæ supra luridæ, versus marginem anteriorem obsolete pallidius bifasciatæ. Subtus luridæ, nebulosæ, vix manifeste fasciatæ, sed posticæ lineâ nigricante ferruginea oblique ducta. Ocelli in omnibus utrinque 5, parvi, cæci, obsoleti. Angulus anti-cæruleus.

Jurtina. 104. P. N. alis subdentatis fuscis: primoribus supra litura flava ocello utrinque unico.

Fn. suec. 786. Coridon.

Aldr. inf. t. 246. f. 13. Alb. inf. t. 53.

Pet. mus. 34. n. 309. Reaum. inf. 1. t. 11. f. 1.

Raj. inf. 124. n. 16. Wilk. pap. 53. t. 2. b. 2.

Habitat in Gramine Europæ, Africa.

Æropa. 105. P. N. alis dentatis fuscis fascia lutea: primoribus subtus basi ocello unico.

Habitat in Indiis.

Janira. 106. P. N. alis dentatis fuscis: primoribus subtus luteis ocello utrinque unico; posticis subtus punctis tribus.

Habitat in Europæ sylvis.

Facies P. Jurtinæ absque litura flava supra primores alas, sed puncta 3 fusca sub posticis.

Cardui. 107. P. N. alis dentatis fulvis albo nigroque variegatis; posticis utrinque ocellis quatuor.

Fn. suec. 778. Belladonna.

Mouff. inf. 169. t. 101. f. 1, 2.

Alb. inf. t. 56.

Pet. mus. 35. n. 526.

Merian. eur. t. 116. t. 15.

Raj. inf. 122. n. 13.

Reaum. inf. 1. t. 26. f. 11, 12.

Gæd. inf. 3. t. A. Wilk. pap. 56. t. 3. a. 3.
 List. gæd. f. 5. 6. Rœf. inf. 1. pap. 1. t. 10.
 Blank. inf. t. 3. f. A-C.
 Habitat in Carduo Europæ, Africa.

Pipleis. 108. P. N. alis crenatis nigris concoloribus; posticis difco fulvis: ocellis septem. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Alæ Primores fascia alba ex maculis 7; Posticæ maculis 7, ovalibus, nigris pupilla alba, intra marginem posticum.

Lampe- 109. P. N. alis crenatis; primoribus fuscis fascia flava; posticis supra ocellis sex. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Ocelli intra marginem posticum concatenati sunt.

Iris. 110. P. N. alis subdentatis subtus griseis: fascia utrinque alba interrupta; posticis supra uniocellatis.

Richter. mus. 336. Papilio Iris.

Rœf. inf. 3. t. 42.

Raj. inf. 126. n. 2.

Wilk. pap. 63. t. 1. a. 2.

Habitat in Quercu Germania, Anglia &c. P. Forskål.

Statura P. Populi. Pedes duo antichi angustissimi mutici. Alæ omnes supra cærulescenti-nigræ; subtus cinereo-griseæ. Primores supra maculis albis sparsis in medio & exterius. Subtus griseo cinereo variæ maculis albis, cum oculo occultato intra marginem exterierem. Posticæ supra fascia alba & oculo ferrugineo versus postica: subtus cinerea fascia alba dentata lateribus ferruginea cum puncto sub oculo.

* * NYMPHALES phalerati.

Populi. 111. P. N. alis dentatis fuscis albo fasciatis maculatisque; subtus luteis albo fasciatis: maculis cærulescentibus.

Raj. inf. 127. n. 3.

Uddm. diff. 54. f. 15.

Clerck. æf. Stockh. 1753. p. 278. t. 7.

Rœf. inf. app. 1. t. 33. f. 1. 2.

Habitat in Populo tremula.

Antiopa. 112. P. N. alis angulatis nigris limbo albedo.

Fn. fœc. 772. Morio.

Fonst.

Jonst. inf. t. 9. ♂ 11. Wilk. pap. 58. t. 2. a. 10.
Raj. inf. 135, 136. Rœf. inf. 1. p. 1. t. 1.
De Geer. inf. 1. t. 21. f. 8, 9.
Habitat in Betula, Salice, etiam in America. Kalm.

poly- 113. P. N. alis angulatis fulvis nigro maculatis: primori-
 chloros. bus supra punctis quatuor nigris. *Fn. suec. 773.*
Aldr. inf. 246. f. 7. Merian. eur. 2. t. 2.
Gœd. inf. 1. t. 77. Alb. inf. t. 55.
List. gœd. 5. f. 3. Frisch. inf. 6. t. 3.
Pet. mus. 34. n. 315. Reaum. inf. 1. t. 23. f. 2.
Raj. inf. 118. n. 2. Rœf. inf. 1. pap. 1. t. 2.
Wilk. pap. 56. t. 3. a. 5.
Habitat in Pyro, Cerafo, Salice.

Urticæ. 114. P. N. alis angulatis fulvis nigro-maculatis: primo-
 ribus supra punctis tribus nigris. *Fn. suec. 774.*
Mouff. inf. 101. f. 5, 6. Bradl. nat. t. 27. f. 2.
Gœd. inf. 1. t. 21. Merian. eur. 1. t. 44.
List. gœd. 3. f. 2. Alb. inf. t. 4. 51.
Blank. inf. 13. t. 1. f. L-Q. Swamm. bibl. t. 35. f. 12.
Raj. inf. 117. n. 1. Reaum. inf. 1. t. 26. f. 6, 7.
Robert. icon. t. 5. Rœf. inf. 1. pap. 1. t. 4.
Hoffm. pict. 2. f. 16. Wilk. pap. 56. t. 3. a. 3. fig. inf.
Habitat in Urtica vulgarissimus.

C. album. 115. P. N. alis angulatis fulvis nigro-maculatis; posticis
 subtus C albo notatis. *Fn. suec. 775.*
Mouff. inf. 103. f. 2. Frisch. inf. 4. t. 4.
Aldr. inf. t. 244. f. 5, 4. Reaum. inf. 1. t. 27. f. 9, 10.
Raj. inf. 118. n. 3. De Geer. inf. 1. t. 20. f. 9, 10.
Rob. icon. t. 23. Rœf. inf. 1. pap. 1. t. 5.
Merian. eur. 1. t. 14. f. 159. Wilk. pap. 57. t. 3. a. 6.
Alb. inf. t. 4. f. 5.
Habitat in Grossularia, Humulo, Urtica.

C. au- 116. P. N. alis angulatis fulvis nigro-maculatis; posticis
 reum. subtus C aureo notatis.
Habitat in Asia.
Simillimus Pap. C albo, sed duplo major, subtus magis
luteo-nebulosus & C aureo minori notatus.

Dirce. 117. P. N. alis angulatis fuscis, primoribus fascia flava:
 subtus nigro undulatis. *M. L. U.*
Habitat in Calidis regionibus.

118. P. N.

- Ama- 118. P. N. alis angulatis: supra fuscis albo punctatis: fa-
thea. scia rubra: linea nigra undata. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Habitus Pap. Atalanta.
- Atalan- 119. P. N. alis dentatis nigris albo maculatis: fascia
ta. communi purpurea, primoribus utrinque, posticis mar-
ginali.
Fn. suec. 777. Ammiralis.
Mouff. inf. 100 f. 3, 4. Blank. inf. t. 18. f. 2. A-D.
Aldr. inf. 240 f. 45. Merian. eur. 2. t. 91.
Jorst. inf. t. 7. f. 6, 7. Alb. inf. t. 3 f. 4.
Raj. inf. 126. n. 1. Reaum. inf. 1. t. 10 f. 8, 9.
Pet. mus. 35. n. 327. De Geer. inf. 1. t. 22 f. 5.
Gæd. inf. 1. t. 26. Rœf. inf. 1. pap. 1. t. 6.
List. gæd. 10. f. 4. Wilk. pap. 55. t. 3. a. 1.
Habitat in Urtica.
Ocelli in pagina inferiore adeo obsoleti, ut vix ocellorum nomine veniant.
- Venilia. 120. P. N. alis dentatis fuscis: fascia communi arcuata
alba marginibus cærulecente. *M. L. U.*
Habitat in Calidis regionibus.
- Alimena. 121. P. N. alis dentatis atris: fascia cærulea inter-
rupta: singulis punctis septem albidis marginalibus.
M. L. U.
Habitat in Indiis.
- Leuco- 122. P. N. alis dentatis supra fuscis subtus luteis: fasciis
thoë. tribus macularibus albis nigro notatis.
Habitat in Asia.
Magnitudo Pap. Urticæ. Alæ utrinque fasciis 3 trans-
versis, coeuntibus versus angulum exteriorem primorum:
Fascia Prima in primoribus, nigro interrupta. Se-
cunda per posticas & primores utrinque linea nigra
notata. Tertia in posticis ex maculis 7 albis puncto
nigro factis.
- Phætusa. 123. P. N. alis dentatis fulvis: fasciis tribus fuscis: pri-
morum longitudinalibus, posticarum transversis.
M. L. U.
Res. inf. 4. p. 24. t. 2. f. 1.
Habitat in Indiis.

Bolina. 124. P. N. alis dentatis nigris: primoribus maculis duabus; posticis solitaria albo-cærulea. *M. L. U.*
Habitat in India.

Clytia. 125. P. N. alis dentatis nigris: margine exteriore primoribus albo maculato, posticis albo luteoque triplici ordine.
Habitat in Indiis.

Næarca. 126. P. N. alis dentatis supra fuscis albo-maculatis, subtus maculis albis linea rubra cinctis.
Edw. av. 33. t. 33.
Habitat in Indiis.

Acesta. 127. P. N. alis subdentatis: primoribus nigris basi fasciæque flavis; posticis flavis: subtus fasciis fuscis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.

similis. 128. P. N. alis subrepandis nigris concoloribus: punctis cærulefcenti-albis basin versus lineatis.
Pet. gaz. t. 92. f. 13; an t. 3. f. 4?
Habitat in Asia.

affimilis. 129. P. N. alis subrepandis nigris concoloribus: punctis cærulefcenti albidis; posticis punctis coccineis.
Habitat in Asia.
Simillimus P. Simili, sed ala posticæ intra marginem posticum punctis s. maculis 5, quarum una puncto nigro notata.

diffimilis. 130. P. N. alis dentatis dilatato-venosis nigris concoloribus: maculis sagittatis albis postremis subtus luteis.
Ehret. pict. t. 17.
Habitat in Asia.

Alæ omnes nigre, quasi ex venis nigris dilatatis striatæ, interjectis maculis albis sagittatis: anterioribus longioribus, postremis brevioribus: in alis posticis ordo extimus macularum reniformis luteus; ex his ad angulum ani maculæ luteæ geminatæ, etiam supra conspicuæ.

Panope. 131. P. N. alis dentatis fuscis concoloribus: limbo exteriore albo maculatis: posticis margine luteo maculatis.
Habitat in Asia.

Alæ primores ad marginem exteriorem maculis obsoletioribus albis sagittatis. Posticæ intra marginem posteriorem ordine triplici macularum sagittiformium, quarum postremæ reniformes luteæ.

Rumina. 132. P. N. alis dentatis variegatis: supra primoribus punctis sex, posticis quatuor rubris.

Catesb. car. 2. p. 95. t. 95.

Habitat in Europa australi.

Alæ Posticæ subtus maculis 8 albis.

Levana. 133. P. N. alis dentatis variegatis: subtus reticulatis; primoribus supra maculis aliquot albis.

Ræf. inf. 1. pap. 1. t. 9. f. 5, 6.

Habitat in Urtica Europæ australioris. P. Forskål.

Prorsa. 134. P. N. alis dentatis subfuscis: fascia utrinque alba: primoribus interrupta.

Ræf. inf. 1. pap. 1. t. 8. f. 6, 7.

Habitat in Urtica Germaniæ.

Lucina. 135. P. N. alis dentatis fuscis testaceo-maculatis, subtus fasciis duabus macularum albidarum.

Pet. gaz. t. 16. f. 10.

Raj. inf. 122. n. 12.

Habitat in Europa.

Maturna. 136. P. N. alis dentatis purpurascensibus nigro-maculatis: subtus fasciis tribus flavis.

Pet. gaz. t. 1. f. 8.

Raj. inf. 120. n. 8.

Merian. eur. t. 88?

Wilk. pap. 58. t. 2. a. 9.

Habitat in Corylo, Erica.

Cinxia. 137. P. N. alis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus fasciis tribus flavis.

Fn. suec. 783. Comes.

Pet. gaz. t. 18. f. 10.

Ræf. inf. 4. t. 13.

Raj. inf. 121. n. 9.

Reaum. inf. 7. t. 9.

Wilk. pap. 58. t. 3. a. 3.

Habitat in Veronica, Plantagine, Trifolio, Gramine.

Mas elinguis; Femina vero lingua spirali. Rolander.

138. P. N.

Fritillarii vulgo dicti 132 ad 144, quum alæ maculis fere tessellata sint; sed 138 ad 144 ob maculas argenteas Nobiles communiter nominati sunt.

- Paphia. 138. P. N. alis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus lineis argenteis transversis.
Fn. suec. 779. Imperator.
Pet. mus. 35. n. 321. *Res. inf.* 1. pap. 1. t. 7.
Raj. inf. 119. n. 4. *Wilk. pap.* 57. t. 2. a. 7.
Habitat in Urtica.
- Cytherea. 139. P. N. alis crenatis flavis fascia communi argentea: subtus fascia lanceolata argentea.
Habitat in Indiis.
Ala supra cinereo nebulosa: primores disco flavo.
- Aglaja. 140. P. N. alis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus maculis XXI argenteis.
Fn. suec. 780. Rex.
Mouff. inf. 169. t. 101. f. 3. 4. *Raj. inf.* 119. n. 5.
Aldr. inf. 246. f. 8, 9. *Wilk. pap.* 59. t. 2. a. 12.
Pet. mus. 35. n. 320.
Habitat in Viola tricolore.
Ala maculis argenteis: primorum 4 obsoletis, posticarum 21.
- Lathonia. 141. P. N. alis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus maculis XXXVII argenteis.
Fn. suec. 781. Principissa.
Hoffn. pict. t. 11. f. 11. *Raj. inf.* 120. n. 6.
Robert. ic. t. 12. *Merian. eur.* 2. t. 157. f. super.
Pet. mus. 51. n. 520. *Res. inf. app.* 1. t. 10.
Habitat in Europa.
Ala maculis argenteis primorum 7, posticarum 21.
- Euphrosyne. 142. P. N. alis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus maculis IX argenteis.
Fn. suec. 782. Princeps.
Pet. mus. 35. n. 382.
Raj. inf. 120. n. 7.
Habitat in Europa & America septentrionali.
Ala maculis argenteis: posticarum 9: harum 1 disci, 1 baseos.
- Niobe. 143. P. N. alis dentatis fulvis nigro-maculatis: subtus maculis XIII argenteis obsoletis.
Habitat in Europa.

Alæ maculis argenteis : posticarum 7 marginalibus, puncta 6 disci.

Vanil- 144. P. N. alis dentatis flavis nigro-maculatis; subtus
læ: maculis XXX argenteis. M. L. U.

Merian. surin. 25. t. 25.

Sloan. jam. 2. t. 239. f. 23, 24.

Habitat in Epidendro Vanilla Americæ.

Alæ maculis argenteis primorum 7, posticarum 22.

* PLEBEJI rurales.

Cupido. 145. P. P. alis posticis sexdentato-caudatis; subtus albidis
maculis argenteis.

Pet. gaz. t. 10. f. 9. Mus. petrop. 690. n. 351.

Merian. surin. t. 10. f. 1. Rœf. inf. 4. p. 27. t. 3. f. 7.

Habitat in Gossypio Americæ.

Speciosissimus ob maculas argenteas saturatissimas & gibbas.

Betulæ. 146. P. P. alis subcaudatis fuscis; primoribus macula re-
niformi fulva, subtus luteis fascia fulva.

Fn. suec. 792.

Wilk. pap. 61. t. 1. a. 2. Reaum. inf. 1. t. 28. f. 1-7.

Rœf. inf. 1. pap. 2. t. 6. Alb. inf. t. 5. f. 7.

Raj. inf. 130. n. 10. Pet. gaz. t. 11. f. 11.

Habitat in Betula, Pruno spinosa.

Pruni. 147. P. P. alis subcaudatis supra fuscis, subtus fascia mar-
ginali fulva utrinque nigro punctata.

Rœf. inf. 1. pap. 2. t. 7. Pet. gaz. 11. f. 10?

Raj. inf. 130. n. 9?

Habitat in Pruno domestica.

Quercus. 148. P. P. alis subcaudatis supra cæruleis, subtus cinereis
linea alba, puncto ani gemino fulvo.

Pet. gaz. t. 11. f. 9. Rœf. inf. 1. pap. 2. t. 9.

Raj. inf. 129. n. 8. Wilk. pap. 61. t. 1. a. 1.

Alb. inf. t. 52. f. a. 6.

Habitat in Quercu.

Mariyæ. 149. P. P. alis bicaudatis: supra cæruleis; subtus cærule-
scentibus punctis nigris.

Habitat in Calidis regionibus.

- Thamy- 150. P. P. alis unicaudatis: supra cæruleis margine nigro;
 ras. subtus nigro alboque ocellatis. *M. L. U.*
Habitat in Calidiaribus regionibus.
- Arion. 151. P. P. alis ecaudatis: supra fuscis disco cæruleo ma-
 culis atris; subtus canis punctis ocellaribus.
Rosf. inf. 3. suppl. t. 45. f. 3, 4.
Habitat in Europa.
Statura sequentis, sed duplo major. Ala posticæ subtus
ocellis 10, præter puncta marginalia.
- Argus. 152. P. P. alis ecaudatis cæruleis; posticis subtus limbo
 ferrugineo ocellis cæruleo-argenteis.
Fn. svec. 803. 804.
De Geer. inf. t. 4. f. 14, 15. Robert. ic. t. 17.
Wilk. pap. 63. t. 1. a. 1. Pet. gaz. t. 35. f. 1.
Rosf. inf. app. 1. t. 37. f. 3-5. Raj. inf. 131. n. 11, 12.
Merian. cur. t. 153. 174. Jonst. inf. t. 6. f. penult.
Mouff. inf. 106. f. 1.
Habitat in Rhamno Europæ, Africae.
- Argio- 153. P. P. alis ecaudatis: supra cæruleis margine nigris;
 lus. subtus cærulefcentibus punctis nigris dispersis.
Raj. inf. 132. n. 16.
Habitat in Europa.
Præcedenti similis, sed minor; subtus puncta pauciora
dissita absque ocellis nigris.
- Rubi. 154. P. P. alis dentato-subcaudatis; supra fuscis, subtus
 viridibus.
Fn. svec. 805, 806. Wilk. pap. 62. t. 1. a. 2.
Alb. inf. t. 5. f. 8. Pet. gaz. t. 2. f. 11.
Habitat in Rubo aculeato.
- Philocles. 155. P. P. alis integerrimis supra fuscis: subtus primori-
 bus ocello; posticis lineis transversis undatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Alæ primores supra fascia albo-cærulefcente.
- Timan- 156. P. P. alis integerrimis fusco cærulefcentibus, subtus
 tes. fasciis fuscis ocellisque. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Ocellus viridi-flavus sub apice primorum; ocelli aliquot
ad marginem posticarum, etiam subtus.

- Athem- 157. P. P. alis integerrimis subfuscis: disco communi al-
mon. bo: fascia postica dimidiata fusca. *M. L. U.*
Habitat in America.
- Caricæ. 158. P. P. alis integerrimis fulvis: disco communi albo,
limbo cinereo ocellato. *M. L. U.*
Merian. surin. 40. t. 40. f. 1.
Habitat in Carica Americæ.
- Phere- 159. P. P. alis integerrimis utrinque atris: primoribus fa-
clus. scia lineari rubra.
Habitat in America.
- Lysippus. 160. P. P. alis subangulatis utrinque atris: omnibus fascia
lineari rubra. *M. L. U.*
Habitat in America.
- Virgau- 161. P. P. alis subangulatis fulvis margine fusco, punctis
reæ. atris sparsis.
Fn. succ. 807. 808. Butyracea.
Roes. inf. app. 1. t. 37. f. 6, 7. Merian. eur. t. 164.
t. 45. f. 5, 6. Raj. inf. 125. n. 20.
Habitat in Solidagine Virgaurea Europæ, Africæ.
Sexus alter alis omnibus supra fulvis immaculatis; sub-
tus flavis: primoribus punctis fuscis; posticis serie pun-
clorum albidorum.
-- alter alis supra primoribus fulvis maculis sparsis atris;
posticis fuscis fascia postica fulva dentata. Subtus pri-
mores maculis sparsis atris margine albo ocellatis; po-
sticæ cinerascetes punctis nigris obsolete.
- * PLEBEJI *arvicole.*
- Comma. 162. P. P. alis integerrimis divaricatis fulvis: punctis al-
bis lineolaque nigra. *Fn. succ. 793.*
Merian. eur. 15. t. 48.
Habitat in Europa.
- Proteus. 163. P. P. alis caudatis fuscis maculis fenestratis, anten-
nis uncinatis. *M. L. U.*
Merian. surin. t. 63. f. 2.
Habitat in Gramine Americæ.
Varietates hujus numerosæ sunt in Indiis; tam colo-
re, quam alarum posticarum figura.

- Phidias. 164. P. P. alis rotundatis atris nitentibus margine albis, ore anoque rubris. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 43. f. 15.
Habitat in Asia.
- Bixæ. 165. P. P. alis rotundatis fuscis basi virentibus: posticis subtus fascia lactea.
Merian. surin. t. 44.
Pet. gaz. t. 32. f. 5.
Habitat in America.
- Polycle- 166. P. P. alis subcaudatis viridi-fuscis: primoribus ma-
tus. cula alba; subtus argenteo punctatis.
Habitat in Indiis.
Alc primores supra fusce, ad basin virides macula alba oblonga in medio; subtus maculis fuscis numerosis quadratis margine nigro argenteoque cinctis. Posticæ fusce, subtus primorum instar maculatæ, sed absque margine albo.
- Malvæ. 167. P. P. alis denticulatis divaricatis nigris albo maculatis.
Fn. suec 749. It. æl. 3.
Pet. gaz. t. 36. f. 6. Roes. inf. 1 pap. 2. t. 10.
Merian. eur. 1. t. 48. Wilk. pap. 54. t. 2. c. 1.
Reaum. inf. 1. t. 11. f. 6. 7.
Habitat in Malva, Althæa.
- Tages. 168. P. P. alis denticulatis divaricatis fuscis obsolete albo-punctatis.
Habitat in Europa.
Similis P. Malvæ sed magis fuscus.
- * BARBARI.
- Bates. 169. P. B. alis subcaudatis fuscis: primoribus fascia flavescente albida; omnibus subtus nigro striatis. 3.
Habitat in Indiis.
- Tiphus. 170. P. B. alis subcaudatis supra nigris: primoribus maculis duabus; posticis disco margine rubro albis. 3.
Habitat in Indiis.
Alc præterea punctis albis versus margines & primoribus subtus venis rubris.
- Jafon. 171. P. B. alis subcaudatis; supra fuscis, fascia posticisque maculis sex viridibus. 2.

Habitat in Indiis.

Alarum fascia lata ab angulo ani posticarum ad medium primorum ducta; macularum ordo ex 14 maculis viridibus ab angulo alæ primoris ad angulum axi extensus.

Iphiclus 172. P. B. alis angulatis: supra fuscis fascia alba, maculaque ferruginea anguli ani. 3.

Habitat in Indiis.

Macula magna ferruginea intra apicem alæ primoris. Fascia alba ab angulo ani ad medium alæ primoris ducta.

Hylas. 173. P. B. alis dentatis supra fuscis subtus lutescentibus: fasciis utrinque tribus albis interruptis. 3.

Habitat in Indiis.

Femina in alarum posticarum fascia postica subtus punctis 8 nigris.

Idmon. 174. P. B. alis dentatis fuscis: primoribus utrinque fascia alba. 3.

Habitat in Indiis.

Ancæus. 175. P. B. alis dentatis atris: primoribus fascia cærulea; posticis lutea. 3.

Habitat in Indiis.

Alæ posticæ subtus lineis 3 transversis griseis; puncta 2 lateralia nigra; 2 inter lineas alba.

Eleus. 176. P. B. alis dentatis fusco-nebulosis concoloribus: fascia primoribus flava, posticis alba. 3.

Habitat in Indiis.

Amphion. 177. P. B. alis dentatis fuscis subconcoloribus: primoribus maculis albis ter geminis, posticis sex transversis.

Habitat in Indiis.

Maculæ alæ primoris 2 intra apicem, 2 in medio disci, 2 versus basin; posticæ 6 parallele transversæ.

Telamon. 178. P. B. alis biangulatis subcaudatis cinereis: fasciis albis maculaque nigra flavaque. 4.

Habitat in Indiis.

Alæ fascia alba ab angulo ani ad medium primorum; fasciæ 2 lineares parallele intra fasciam priorem; catena e maculis flavis minoribus extra præcedentem. Angulus axi flavus nigro notatus.

- Eribo-tes. 179. P. B. alis integerrimis flavis : primoribus supra maculis tribus nigris ; posticis subtus linea cinerascente. 4.
Habitat in Indiis.
Alæ primores maculis 2 a margine anteriore versus discum, 1 ad medium marginis tenuioris. Posticæ versus angulum posticum margine fusca.
- Eurytus. 180. P. B. alis integerrimis rotundatis concoloribus fuscis nigro striatis : fascia alba ; posticis punctis decem atris. 3.
Habitat in Indiis.
Alæ posticæ basi ferruginea, disco versus basin albo striis nigris.
- Ceneus. 181. P. B. alis rotundatis subfuscis : posticis subtus maculis novem rubris in orbem digestis. 3.
Habitat in Indiis.
Ala basi pallida ; maculis aliquot flavis intra apicem.
- Mopsus. 182. P. B. alis rotundatis oblongis concoloribus luteo nigroque variegatis : singulis subtus punctis octo albis submarginalibus. 3.
Habitat in Indiis.
Alæ primores ad basin testacea, medio flava, apice nigra : discus alæ maculis 5 fuscis. Posticæ fascia transversa, nigra, utrinque serrata.
- Cepheus. 183. P. B. alis rotundatis fulvis : primoribus extimo nigris ; posticis punctis XVII nigris. 4.
Habitat in Indiis.
Alæ primores extima medietate nigra, concolores. Posticæ margine nigro introrsum serrato, disco punctis 17 sparsis inæqualibus.
- Zetes. 184. P. B. alis rotundatis supra primoribus nebulosis punctatis ; posticis fulvis punctatis. 3.
Habitat in India.
- Priapus. 185. P. B. alis rotundatis concoloribus nigris ; primoribus fasciis duabus fulvis unitis macula tertia minore. 4.
Habitat in Indiis.
- Acastus. 186. P. B. alis rotundatis albis : maculis quinque transversis apicibusque fuscis ; subtus flavescens. 3.

Habitat in Indiis.

Alæ primores supra maculis 5 ovatis transversis obsoletis & unica saturatiore versus basin; subtus pallidæ fascia fusca. Posticæ supra albæ marginæ postico nigricantes; subtus flavescentes.

Neleus. 187. P. B. alis rotundatis concoloribus nigris: primoribus punctis decem albis; posticis disco toto albis. 4.

Habitat in Indiis.

Encedon. 188. P. B. alis rotundatis concoloribus flavis: primoribus extrorsum fascia alba nigris, posticis punctis 19 nigris. 4.

Habitat in Indiis.

Pinthous. 189. P. B. alis rotundatis integerrimis concoloribus: primoribus fuscis maculis tribus flavis; posticis dimidia to albis. 4.

Habitat in Indiis.

Alæ primores macula parva intra apicem; magna transversa in medio; oblonga ad basin. Posticarum pars dimidia antica alba, posticæ nigra; interjecta area flavescente.

Nauplius. 190. P. B. alis rotundatis oblongis fuscis: primoribus supra maculis quatuor albidis; posticis fascia albida. 4.

Habitat in Indiis.

Alæ oblongæ primores subtus macula oblonga ad basin.

Ixilion. 191. P. B. alis integerrimis subconcoloribus fuscis: primoribus luteo-maculatis, posticis luteo-striatis. 3.

Habitat in Indiis.

Alæ primores maculis 3 coadunatis intra apicem; 3 parvis, distinctis in medio, 2 oblongis ad basin. Posticæ fuscae tota superficie striatæ lineis luteis bifidis.

Idas. 192. P. B. alis nigris concoloribus, punctis 10 flavis ovatis sparsis.

Habitat in Indiis.

204. SPHINX. *Antennæ* medio crassiores f. utraque extremitate attenuatæ, subprismaticæ.

Ala deflexæ (volatu graviore vespertino f. matutino).

* LEGITIMÆ *Alis angulatis.*

- ocellata. 1. S. alis angulatis: posticis ocellatis.
Raj. inf. 148. *Phalæna* major, corpore crasso, alis amplis interioribus macula ophthalmoide.
Mouff. inf. 91. *Fonst. inf. t.* 8. f. 30.
Gœd. inf. 3. p. 25. t. 0. *Lift. gœd.* 68. f. 24.
Uddm. diff. 58. f. 11. *Alb. inf.* 8. f. 12.
Mer. inf. 2. t. 37. *Rœf. inf.* 1. phal. 1. t. 1.
Wilk. pap. 10. t. 5. B. 5. *Raj. inf.* 148. n. 2.
Habitat in Spiræa, Salice, Pomiferis *Drupiferisque arboribus.*
- Populi. 2. S. alis angulatis reversis; posticis basi ferrugineis; anticis puncto albo.
Fn. suec. 810. *Phalæna* prismicornis spirilinguis, alis planiusculis erosis griseis, antennis albis.
Rœf. inf. 3. suppl. t. 30. *Wilk. pap.* 11. t. B. 6.
De Geer. inf. 1. t. 8. f. 5. *Alb. inf. t.* 57.
Habitat in Populo, Salice rubra.
- Tiliæ. 3. S. alis angulatis: superioribus griseo fasciatis; posticis testaceis.
Merian. eur. 2. t. 24.
Wilk. pap. 10. t. 1. B. 4. *Alb. inf. t.* 10.
Frisch. inf. 7. t. 2. *Rœf. inf.* 1. phal. t. 2.
Habitat in Tiliæ.
- Ocypete. 4. S. alis angulatis nebulosis; posticis margine baseos postico albis.
Habitat in calidis regionibus.
Magnitudo Afili.

Sphinges matutine & vespertine imprimis volatu sunt, tardiores, ponderosiores quasi, sæpe sono obvolitantes, linguaque exserta haurientes nectâr florum, nec in floribus facile quiescentes.

Nerii. 5. S. alis subangulatis viridibus : fasciis variis pallidioribus saturatioribus flavescensque.

Rœs. inf. 1. phal. 1. t. 16.

Frisch. inf. 7. t. 3.

Habitat in Nerio.

* * *Legitimæ Alis integris, ano simplici.*

Convoluti. 6. S. alis integris : posticis albo fasciatis margine postico albo punctatis, abdomine rubro cingulis atris.

Merian. inf. 39. t. 75. f. 2. t. 25.

Gœd. inf. 3. t. 5.

Rœs. inf. 1. phal. 1. t. 7.

Wilk. pap. 9. t. 1. B. 2.

Habitat in Convolutulo.

Thorax antice arcubus 2 nigris. Alæ posticæ cinereæ fasciis 3 fuscis.

Ligustri. 7. S. alis integris : posticis incarnatis fasciis nigris, abdomine rubro cingulis nigris.

Fœ. fœc. 809. Phalæna prismicornis spirilinguis fusca, alis inferioribus abdomineque fasciis transversis rubris.

Monst. inf. 91. f. 2. f. 182. f. 1.

Fonst. inf. t. 19. f. 1. 2.

Jacob. mus. 1. f. 5. n. 24. t. 1 f. 24.

Alb. inf. t. 7. f. 10.

Swamm. bibl. t. 29. f. 1, 2, 3. Raj. inf. 144. n. 1.

Jung. verm. 108.

Gœd. inf. 1. p. 93. t. 24.

List. gœd. 71. f. 25.

Reaum. inf. 2. t. 20. f. 1-4.

Rœs. inf. app. 1. p. 25. t. 5. Wilk. pap. 10. t. 1. B. 3.

De Geer. inf. 1. t. 1. f. 6.

Habitat in Ligustro, Syringa, Fraxino, Lonicera, Sambuco.

Atropos. 8. S. alis integris : posticis luteis fasciis fuscis, abdomine luteo maculato : cingulis nigris.

Amœn. acad. 3. p. 321. Caput mortuum.

Alb. inf. t. 6.

Wilk. pap. 9. t. 1. B. 1.

Reaum. inf. 2. t. 24. l. 14. f. 2. Hasselqv. it. 417. n. 104. 105.

Osbeck. it. 89.

Rœs. inf. 3. t. 1, 2.

Habitat in Jasmينو Europa; Ægypti duplo major & Indicæ.

- Caricæ. 9. S. alis integris: posticis supra luteis, abdomine cinereo: cingulis nigris. *M. L. U.*
Merian. surin. 64. f. 1. 2.
Habitat in Carica Americæ.
Thorax lineis atris. Alæ superiores fuscae venis atris undato-fasciatæ.
- Celerio. 10. S. alis integris griseis lineola albo nigra; inferioribus basi rubris maculis sex.
Gad. inf. 3. f. 9.
Frisch. inf. 13. t. 1. f. 2.
List. gad. f. 26. *Ræf. inf.* 4. t. 8.
Habitat in Vite.
- Ello. 11. S. alis integris: posticis rufis margine crassiore nigris, abdomine pallido cingulis atris. *M. L. U.*
Habitat in India.
- Labruicæ. 12. S. alis subfuscis: posticis subtus puncto albo, abdomine lateribus punctis V albis. *M. L. U.*
Merian. sur. t. 34.
Habitat in Vite Americæ.
- Ficus. 13. S. alis fusco nebulosis: posticis angulo ani albis. *M. L. U.*
Merian. sur. t. 33.
Habitat in Ficu Americæ.
Alæ superiores in medio puncto fusco; inferiores supra fasciis 2 fuscis.
- Vitis. 14. S. alis cinereis fusco variis: posticis margine tenuiore sanguineis.
Merian. surin. t. 47. f. 1.
Habitat in Vite Americæ.
Alæ inferiores macula nigra in disco.
- Elpenor. 15. S. alis integris viridi purpureoque variis: inferioribus basi atris. *Fn. swec.* 811.
Mouff. inf. 183. *Raj. inf.* 145. n. 2.
Pet. gaz. t. 40. f. 11. 12. 17. *Alb. inf. t.* 9. f. 13.
Merian. inf. 2. t. 33. f. 73. *Frisch. inf.* 12. t. 1.
Ræf. inf. 1. phal. 1. t. 4. *De Geer. inf.* 1. t. 9. f. 8. 9.
Wilk. pap. 11. t. 1. B. 7.
Habitat in Epilobio, Impatiente, Vite.

- Porcel- 16. S. alis integris flavicante purpureoque variis; inferiori-
lus. bus basi fuscis.
Res. inf. 1. phal. 1. t. 5.
Habitat in Epilobio, Impatiente.
- flavescens. 16. T. alis immaculatis, corpore flavo, dorso fusco. *Fn. svec.* 1133.
Habitat in Europa.

- regela- 17. *T. alis hyalinis nitentibus, corpore cinereo fusco.*
tionis. *Habitat in Europæ terrestribus, primo vere frequens.*
- replicata. 18. *T. alis hyalinis margine tenuiore recurvato, corpore fusco, antennis simplicibus.* *De Geer Act. Upsal.*
Habitat in Europa.
- * * *Alis incumbentibus.*
- plumosa. 19. *T. thorace virescente, alis hyalinis puncto nigro.* *Fn. Svec. 1135.*
It. æland. 40, 41, 86, 160.
Gæd inf. 3. t. X.
List. gæd f. 140.
Reaum. inf. 5. t. 5. f. 10.
Habitat in Europa, imprimis in maritimis.
- littoralis. 20. *T. virescens alis immaculatis, pedibus anticis longissimis.* *Fn. Svec. 1136. 1140.*
Reaum. inf. 5. t. 6. f. 12, 13, 14.
Habitat in Europæ maritimis.
- motatrix. 21. *T. pedibus anticis maximis motatoriis, annulo albo.*
Frisch. inf. 11. t. 13.
Habitat in Europa.
- vibrato- 22. *T. pedibus anticis maximis motatoriis apice albis.* *Fn. Svec. 1138.*
ria. *It. æl. 160.*
Habitat in Europa.
- tremula. 23. *T. pedibus anticis longissimis motatoriis nigris annulis albis.*
Habitat Upsaliæ. T. Bergman.
Alæ hyalinæ immaculata. Thorax pallidus maculis tribus nigris longitudinalibus. Abdomen flavo-rubrum. Oculi nigri. Antennæ pilosæ.
- monilis. 24. *T. pedibus albis annulis novem nigris, alis albo cinereoque variis.* *Fn. Svec. 1139.*
Habitat in Europa.
- macroce- 25. *T. corpore virescenti, oculis thoracisque tergo nigris.*
phala. *Fn. Svec. 1141.*
Habitat in littoribus humidis, agilissima.

- Marci. 26. *T. nigra glabra, alis nigricantibus, femoribus anticis introrsum fulcatis. Fn. suec. 1143.*
Reaum. inf. 5. t. 7. f. 17, 18.
Habitat in fimetis & Terra prægnante primo vere.
- brevicor- 27. *T. nigra glabra, oculis margine nigricantibus, femo-*
nis. ribus tibiisque anticis spina terminatis.
Habitat in Europæ umbrosis.
- putris. 28. *T. fusca, alarum basi cinerea. Fn. suec. 1144.*
Frisch. inf. 4. t. 2.
Habitat in Terra prægnante, primo vere.
- febrilis. 29. *T. atra oblonga hirta, alis nigricantibus. Fn. suec. 1145.*
Gœd. inf. 1. t. 6. Pet. gaz. t. 14. f. 4.
List. gœd. f. 108. Reaum. inf. 5. t. 7. f. 7-12?
Habitat in locis suffocatis.
- florilega. 30. *T. atra holosericea. Fn. suec. 1146.*
Habitat in Pomonæ floribus, quos destruit.
- Hortula- 31. *T. alis albis margine nigro, thorace abdomineque ru-*
na. bro. Fn. suec. 1147.
Habitat in Asparago & Pomonæ floribus, quorum pe-
stis est.
- phalænoi- 32. *T. alis deflexis cinereis ovato-lanceolatis ciliatis. Fn.*
des. suec. 1148.
Leuw. epist. 1692. jan. 24. f. 2, 3. Frisch. inf. 11. t. 11.
Habitat in Parietibus ad Ilerquilinia.
- notata. 33. *T. atra, alis albis, abdomine latere antice macula alba.*
Fn. suec. 1149.
Habitat in Europa.
- Juniperi- 34. *T. alis incumbentibus glaucis: margine tenuiore vil-*
na. lofo. Fn. suec. 1150.
Habitat in Juniperi triglochide, quam caussat.
- palustris. 35. *T. atra, abdomine rufescente. Fn. suec. 1151.*
Habitat in Europæ paludesis.
- longicor- 36. *T. antennis corpore incarnato longioribus. Fn. suec.*
nis. 1152.
Habitat in Europa.

pinnicor- 37. T. antennis bipectinatis, corpore atro, halteribus albis.
nis. *Habitat in Suecia.*
Pulice minor, angusta. Thorax aterrimus.

222. MUSCA. Os Proboscide carnosa: labiis 2 lateralibus: Palpi nulli.

* *Filatae Antennis simplicibus absque filo laterali.*

plebeja. 1. M. antennis filatis subulatis, corpore cinereo hirto, abdominis incisuris margine albidis.
Habitat in Europa.

illucens. 2. M. antennis filatis clavatis, alis caeruleis, corpore nigro, abdominis segmento secundo lateribus pellucido.
Habitat in America australi. Mus. De Geer.
Antennae longae nigrae. Abdominis segmentum secundum glaucum, lateribus pellucidum.

chamaeleon. 3. M. antennis filatis clavatis, scutello bidentato luteo, abdomine nigro: fasciis lateralibus luteis.
Fn. Suec. 1083, 1029. Trisch. inf. 5. t. 10.
It. wgoth. 84. Reaum. inf. 4. t. 25.
Gaed. inf. 1. t. 70. Ræf. inf. musc. 2. t. 5.
Swamm. metam. t. 4.
bibl. t. 42. f. 2.

Habitat Larva in Aquis dulcibus.
Musca supra aquam obambulare solet.

microleon. 4. M. antennis filatis clavatis, scutello bidentato nigro, abdomine atro: strigis lateralibus albis.
Habitat in Europa.

hydroleon. 5. M. antennis filatis clavatis, scutello bidentato nigro, abdomine viridi, medio nigro angulato.
Habitat in Europa.

6. M.

Muscae distinguuntur antennis inermibus l. armatis.

Filatae antennis absque seta aut pluma laterali.

Armatae antennis cum seta aut pluma laterali.

- Tomentosa corpore pubescentes, saepe vix manifeste.
- - Plumatis antennis pectinatae.
- - Setariis antennis simplici seta.
- Pilosa raris setis, imprimis in thorace conspicuis.
- - Plumatis antennis.
- - Setariis antennis.

- panthe- 6. *M. antennis filatis, corpore atro, abdomine dorso ma-*
rina. *culis tribus, marginibus totidem connatis albis.*
Habitat in Svecia.
Similis M. Hydroleoni, sed scutellum integrum. Antennae
clavatae breves. Corpus nudum. Abdomen depressum,
marginatum; incisuris marginis medio albis. ♂ mar-
gine laterali.
- Morio. 7. *M. antennis filatis subulatis, corpore hirtto atro, alis di-*
inidiato nigris.
Fn. svec. 1067.
Reaum. inf. 6. t. 27. f. 13.
Aldr. inf. t. 2. f. 13.
Habitat in Europa.
- Maura. 8. *M. antennis filatis subulatis, corpore hirtto atro albo*
fasciato, alis nigro variis.
Habitat in Europa.
- Hotten- 9. *M. antennis filatis subulatis, corpore hirtto lutescente*
totta. *alis costa fuscis.*
Habitat in Europa.
- Scolopa- 10. *M. antennis filatis apice setigeris, abdomine flavescen-*
cca. *te trifariam nigro-punctato, alis nebulosis.*
Fn. svec. 1066.
Reaum. inf. 4. t. 10. f. 5, 6.
Habitat in Europa.
- Vermi- 11. *M. antennis filatis apice setigeris, abdomine trifariam*
leo. *nigro-punctato, thorace maculato, alis immaculatis.*
De Geer act. Stockh. 1752. p. 180, 260. t. 5.
Habitat in Galliae arena mobili.
- tringaria. 12. *M. antennis filatis apice setigeris, abdomine trifariam*
nigro-punctato, thorace unicolore, alis immaculatis.
Habitat in Svecia.
Similis priori, a qua differt thorace cano, nec duobus
callis fuscis longitudinalibus notato.
- Cono- 13. *M. antennis clavatis mucronatis basi condunatis, cor-*
poides. *pore atro, abdominis cingulis tribus flavis.*
Reaum. inf. 4. t. 33. f. 12, 13.
Habitat in Europa.
Simillima Muscae macrocephalae.

* * *Tomentosæ plumatæ.*

bomby- 14. *M. antennis plumatis tomentosa nigra, abdomine hir-*
lans. *suto postice rufo.*
Habitat in Europa.

myiacea. 15. *M. antennis plumatis tomentosa nigra, thorace ab-*
dominis apice alarumque basi fulvis. *Faun. suec.*
1069.
Fn. suec. 1071. femina.
Habitat in Europa.

lappona. 16. *M. antennis plumatis subtomentosa nigra, scutello fer-*
ruginco, abdomine cingulis tribus albidis interruptis.
Habitat in Svecia. D. G. Solander.

* * * *Tomentosæ setariæ.*

pendula. 17. *M. antennis setariis tomentosa, thorace lineis quatuor,*
abdomine fasciis tribus interruptis flavis. *Faun. suec.*
1081.
Frisch. inf. 4. t. 13. Reaum. inf. 4. t. 31. f. 9-11.
Habitat in aquis stagnantibus; Larva tubo filiformi re-
spiratorio suspendenda.

florea. 18. *M. antennis setariis tomentosa, thorace fasciis duabus*
inaequalibus nigris, abdomine duabus luteis subabruptis.
Fn. suec. 1080
Alb. inf. t. 17. f. 1.
Habitat in Europa.

nemo- 19. *M. antennis setariis tomentosa, abdomine segmento*
rum. *luteo cingulisque tribus albis, segmento primo lateri-*
bus luteo.
Fn. suec. 1078. Mer. eur. t. 2.
Reaum. inf. 3. t. 31. f. 8. Alb. inf. t. 3. f. M. L.
Habitat in Europa.

arbuffo- 20. *M. antennis setariis tomentosa, thorace griseo, abdo-*
rum. *mine subfusco: segmento primo secundoque latere*
ferrugineis.
Habitat in Europa, simillima insequenti.

tenax. 21. *M. antennis setariis, tomentosa, thorace griseo abdo-*
mine subfusco unicolore, tibiis posticis compresso-
gibbis.

Fn. svœc. 1072.

Gœd. inf. 1. t. 2.

Swamm. bibl. t. 38. f. 9.

List. gœd. t. 126.

Reaum. inf. 4. t. 20. f. 7.

Raj. inf. 272.

Blank. inf. t. 10. f. F.

Habitat in fimetis, cloacis, aquis putrescentibus, vix prolo destruenda larva.

intricaria. 22. *M. antennis setariis tomentosa lutescens, abdominis apice albido, genibus albis.*

Habitat in Europa.

Similis Muscæ discolori.

œstracca. 23. *M. antennis setariis tomentosa nigra, scutello albido, abdominis apice lutescente.*

Fn. svœc. 1070.

Habitat in Europa.

fallax. 24. *M. antennis setariis fusca, fronte flava, abdominis apice tomentoso fulvo, squama halterum lactea.*

Habitat in Europa.

Similis externa facie antecedenti.

lucorum. 25. *M. antennis setariis subtomentosa, thorace subgriseo, abdomine nigro: segmento primo toto flavo.*

Habitat in Europa.

sylvarum. 26. *M. antennis setariis, tomentosa nigra, abdominis ultimo segmento tomentoso flavo.*

Habitat in Europa.

bicineta. 27. *M. antennis setariis elongatis nigra, thorace lateribus punctis, abdomineque cingulis duobus flavis.*

Habitat in Europa.

Abdomen glabrum ut sequentis; fascia prior interrupta.

arcuata. 28. *M. antennis setariis elongatis nigra, thorace lateribus maculis, abdomine cingulis quatuor arcuatis flavis.*

Habitat in Europa.

Scutellum flavum macula nigra; Abdomen glabrum. Thorax nudiusculus subtomentosus.

mutabilis. 29. *M. antennis setariis elongatis tomentosa, abdomine nigro griseoque mutabili, scutello ferrugineo, thorace immaculato.*

Habitat in Europa.

- ichneumonea. 30. *M. antennis fetariis elongatis cylindricis, thorace pedibusque longitarsis ferrugineis, abdomine cinereo.*
Habitat in Europa, simillima Ichneumoni.
- diopthalma. 31. *M. antennis fetariis nuda, thorace maculis, abdomine cingulis sex flavis, femoribus posticis dentatis.*
Habitat in Europa.
Nigra. Oculi fascia fusca perpendiculari; Pedes ferruginei. Femora postica subtus denticulo. Scutellum ferrugineum post lunulam flavam. Maculae 14 flavae thoracis.
- vespiformis. 32. *M. antennis fetariis nuda, thorace maculis, abdomine cingulis sex flavis, pedibus anticis nigris.*
Habitat in Europa.
Abdominis fasciae posticae per paria dorso uniuntur. Pedes ferruginei femoribus muticis. Scutellum nigrum.
- festiva. 33. *M. antennis fetariis nuda, thorace lineis lateralibus, abdomine cingulis quatuor flavis interruptis.*
Habitat in Europa.
Pedes flavi.
- erratica. 34. *M. antennis fetariis nudiuscula, thorace immaculato scutello ferrugineo, abdomine cingulis tribus albidis.*
Habitat in Europa.
- glaucia. 35. *M. antennis fetariis subtomentosa, thorace immaculato, scutello glauco, abdomine cingulis tribus albidis interruptis.*
Habitat in Europa.
Corpus nigrum; fascia prima abdominis baseos latior est & fere pellucida.
- noctiluca. 36. *M. antennis fetariis subtomentosa atra, abdominis primo segmento maculis duabus pellucidis.*
Habitat in Europa.
- gibbosa. 37. *M. antennis fetariis subtomentosa nigra, abdomine subglobofo cingulis quatuor albis, squamis halterum buccatis.*
Habitat in Svecia.
- Ribesii. 38. *M. antennis fetariis nigra nudiuscula, thorace immaculato, abdomine cingulis quatuor flavis: primo interrupto.*

- Fn. svec.* 1089.
Gæd. inf. 1. t. 41. *List. gæd.* t. 133.
Habitat inter Aphides Ribeos.
- Pyrastris. 39. *M. antennis setariis nigra nudiuscula, thorace immaculato, abdomine bis tribus lunulis flavis recurvatis.*
Fn. svec. 1090. *Gæd. inf.* 1. t. 47. *larva.*
Frisch. inf. 11. t. 22. f. 1. *List. gæd.* t. 134.
Reaum. inf. 3. t. 31. f. 9. *Blank. inf.* t. 10. f. P.
Alb. inf. t. 66.
Habitat inter Aphides Pyri.
- transfuga. 40. *M. antennis setariis nigra, abdomine cylindrico tomentoso lunulis bis tribus albidis recurvis.* *Fn. svec.* 1094.
Habitat in Svecia rarior; olim lecta, nec dein a me in Svecia reperta.
- Menthastris. 41. *M. antennis setariis nigra nuda, thorace maculato, abdomine cingulis quatuor scutelloque flavis.*
Fn. svec. 1097.
Habitat inter Aphides, at *Musca* in *Menthae floribus mellisuga.*
- scripta. 42. *M. antennis setariis nudiuscula, thorace lineis, scutello abdomineque lineari fasciis flavis.*
Fn. svec. 1091.
Reaum. inf. 4. t. 10. f. 2, 3.
Rœf. inf. 2. musc. t. 6.
Habitat inter Aphides, at *Musca* in *floribus.*
- mellina. 43. *M. antennis setariis nuda, thorace subæneo fufcescente immaculato, abdomine maculis 8 lutescentibus.*
Fn. svec. 1092, 1093.
Habitat inter Aphides, quibus victitat.
Variat abdominis dorso 4, 3, & 2 paribus macularum ferruginearum: iisque l. tetragonis, l. trigonis, l. rotundis.
- pipiens. 44. *M. antennis setariis glabra nigra, abdomine utrinque albo maculato, femoribus posticis clavatis dentatis.*
Fn. svec. 1096.
Habitat in Europa, volitat frequens ad flores *Menthae* aliosque.

45. M.

Aphidivore Muscæ 38-45 sunt, quarum Larvæ foliis impositæ Aphidibus victitant, vix e loco moventur, & solo rostro, tanquam totum corpus proboscide confaret, aphides inquirunt, legunt, consumunt.

- segnis. 45. *M. antennis setariis glabra, thorace subæneo, abdomine ferrugineo: apice nigro, femoribus posticis clavatis.*
Habitat in Europa.
- femora- 46. *M. antennis setariis glabra atra oblonga, femoribus po-*
 ta. *lticis clavatis, pedibusque anticis rubris.*
Habitat in Europa.
 * * * * *Pilosa plumata.*
- inanis. 47. *M. antennis plumatis pilosa flavescens, abdomine pellucido cingulis duobus nigris.*
Habitat in Europa.
Simillima sequenti, sed Thorax magis villosus-flavus. Abdomen pellucidum, flavum, cinctum fasciis duabus nigris & ano nigro. Rostrum utrinque corneum glabrum. Alæ absque fasciâ.
- pellu- 48. *M. antennis plumatis pilosa nigra, abdominis segmen-*
 cens. *to primo albo pellucido.*
Fn. svec. 1073. Raj. inf. 271.
Habitat in Europa.
- meridia- 49. *M. antennis plumatis pilosa nigra, fronte aurata, alis*
 na. *bali luteis. Fn. svec. 1077.*
Habitat in Europa.
- Cæsar. 50. *M. antennis plumatis pilosa viridi-nitens, pedibus*
nigris. Fn. svec. 1098.
Raj. inf. 272. Monff. inf. t. 49.
Habitat in Cadaveribus.
- cadaveri- 51. *M. antennis plumatis pilosa æneo-nitens: thorace cæ-*
 na. *ruleo, abdomine viridi. Fn. svec. 1099.*
Gæd. inf. 1. t. 54. List. gæd. f. 123.
Habitat in Cadaveribus.
- Vomito- 52. *M. antennis plumatis pilosa, thorace nigro, abdomine*
 ria. *cæruleo nitente. Fn. svec. 1102.*
Gæd. inf. 1. t. 53. Reaum. inf. 4. t. 8. f. 1.
List. gæd. f. 122. t. 19. f. 8.
Raj. inf. 27. t. 24. f. 13, 15.
Lyonet. less. t. 1. f. 23, 27.
Habitat in Cadaveribus; etiam Americæ. Kalm.

- carnaria. 53. *M. antennis plumatis pilosa nigra, thorace lineis pallidioribus, abdomine nitidulo tessellato: major.*
Fn. suec. 1105. Frisch. inf. 7. t. 14.
Aldr. inf. 348. t. 2. f. 16. Reaum. inf. 4. t. 29. f. 4-6.
Fonst. inf. t. 8. O. 2. f. 16. Rof. inf. 2. musc. t. 9, 10.
Raj. inf. 270.
Habitat in Cadaveribus Europæ, etiam Americæ. Kalm.
- domestica. 54. *M. antennis plumatis pilosa nigra, thorace lineis 5 obsoletis, abdomine nitidulo tessellato: minor.*
Fn. suec. 1106. Joblot. micr. 1. pp. t. 5.
Aldr. inf. t. 2. f. 23. Raj. inf. 270.
Habitat in Europæ domibus, etiam Americæ.
Larvæ in fimo Equino: Pupæ parallele cubantes.
- sepulchralis. 55. *M. antennis plumatis pilosa nigra, abdomine atro nitidulo: supra glaberrimo.*
Habitat in Europæ.
Statura Muscæ domesticæ, sed tota atra; alter sexus seta non pilosa.
 * * * * * *Pilosa setaria.*
- grossa. 56. *M. antennis setariis pilosa nigra, alis basi ferrugineis.*
Reaum. inf. 4. t. 26. f. 10.
Habitat in Stercore bovino.
Similis M. meridiana, sed major omnibus nostris muscis.
- rotundata. 57. *M. antennis setariis pilosa, thorace sublineato, abdomine subrotundo flavo: maculis longitudinalibus fuscis confertis.*
Habitat in Europæ.
Maculæ 5 dorsales, in altero sexu distantes, in altero contiguæ.
- Larvarum. 58. *M. antennis setariis pilosa nigricans, thorace cinereo, abdomine pallidius tessellato.*
De Geer inf. 1. t. 11. f. 23.
Habitat in Larvis Lepidopterorum.
Similis M. domesticæ, sed thorax vix lineatus.
- Radicum. 59. *M. antennis setariis pilosa, abdomine cinereo: linea dorsali cingulisque quatuor nigris.*
Habitat in radicibus Raphani. Rolander.
Similis M. domesticæ, sed dimidio minor, angustior.

- lateralis. 60. *M. antennis setariis pilosa nigricans, abdominis lateribus ferrugineis.*
Habitat in Europa.
- Cemeteriorum. 61. *M. antennis setariis pilosa nigra, abdomine supra glabro.*
Habitat in Europa.
Similis M. sepulchrali, sed paulo minor.
- pluvialis. 62. *M. antennis setariis pilosa cinerea, thorace maculis quinque nigris, abdomine maculis tridentatis obsolete.*
Fn. suec. 1112.
Habitat in Europa.
- fenestralis. 63. *M. antennis setariis subpilosa atra, abdomine supra rugoso strigis albis.*
Habitat in Europa, frequens in fenestris.
- roralis. 64. *M. antennis setariis pilosa aterrima.*
Habitat in Europa.
- ferrata. 65. *M. antennis setariis pilosa fusca, alarum costa pilis brevissimis ferrata, abdomine pedibusque ferrugineis.*
Habitat in Europa.
- cellaris. 66. *M. antennis setariis pilosa nigra, alis nervosis, oculis ferrugineis.* *Fn. suec. 1111.*
Habitat in cellis vinariis aliisque.
- meteorica. 67. *M. antennis setariis pilosa nigra, abdomine subcinereo, alis basi subflavis, oculis brunneis.*
It. wgoth. 37.
Habitat in Europa, nebulae instar, ingruente imprimis pluvia, ora Equorum obvolitantis. Amon. acad. 3. p. 358.
- putris. 68. *M. antennis setariis subpilosa atra, alarum costa nigra oculis ferrugineis.*
- casei. *a. Fn. suec. 1110.*
β. Fn. suec. 1109. *Gæd. inf. 1. t. 73.*
Mer. ear. t. 43. f. 83. *List. gæd. t. 132.*
Frisch. inf. 1. t. 7.
Habitat α in Fimeticis, β in Caseo.
Hæ tres species adeo affines, ut difficulter distinguantur.

- Frit. 69. *M. antennis setariis pilosa nigra, halteribus plantis posticis abdomineque virescenti-pallidis.*
Linn. act. Stockb. 1750. p. 128.
Habitat in glumis Hordei, decimum quodque granum Hordeaceum apud nos destruens.
- Lepræ. 70. *M. antennis setariis atra nitens, antennis pedibusque albis, oculis rufo inauratis.*
Habitat in Elephantiali Nigritarum America. Rolander.
Corpus pediculo minus. Abdomen subtus & basi album.
Denticulus utrinque ad basin proboscidis.
- cupraria. 71. *M. antennis setariis glabra ænea, thorace viridi, abdomine cupreo oblongo: halteribus nudis.*
Fa. spec. 1103.
Reaum. inf. 4. t. 22. f. 7, 8.
Habitat in Europa.
- polita. 72. *M. antennis setariis glabra ænea, capite viridi, thorace abdomineque cæruleis, halteribus nudis.*
Habitat in Europa.
Variat colore viridi & cæruleo.
- viduata. 73. *M. antennis setariis glabra nuda æneo-nigra, abdomine æneo: dorso atro, squamis halterum ciliatis.*
Habitat in Europa.
- pubera. 74. *M. antennis setaceis pilosa nigra, abdominis ultimo segmento incurvato: pube utrinque reflexa.*
Habitat in Europa.
- Petronella. 75. *M. antennis setariis pilosa glabra livida, fronte rubra, cauda incurvata, pedibus elongatis testaceis.*
It. wgoth. 55.
Habitat ad aquas, cursitans musca supra aquas quietas.
- ungulata. 76. *M. antennis setariis pilosa glabra æneo-viridis, cauda uncinata, pedibus elongatis pallidis.*
Fa. spec. 1053.
Habitat in Europa.
- æquinoctialis. 77. *M. antennis setariis glabra nigra, capite testaceo, oculis brunneis, pedibus elongatis.*
Habitat in America meridionali. Mus. De Geer.

- cibaria. 78. *M. antennis setariis lævis, vertice punctis tribus elevatis, abdomine cinereo adunco, pedibus elongatis.*
Habitat in Culinis & in cibariis antiquis.
- scybalaria. 79. *M. antennis setariis pilosa rufo-ferruginea hirta, alis puncto obscuriore.*
Habitat in Stercore.
Similis M. stercorariae sed duplo major, & saturatius colorata.
- stercoraria. 80. *M. antennis setariis pilosa grisea hirta, alis puncto obscuriore.* *Fn. suec. 1068.*
Reaum. inf. 4. t. 27. f. 1-3.
Habitat in Stercore.
- simetaria. 81. *M. antennis setariis pilosa livens glabrata, alis puncto obscuriore.*
Habitat in Europa.
- parietina. 82. *M. antennis setariis, alis fuscis albo punctatis maculatisque, fronte testacea.*
Habitat in Europa.
- umbrarum. 83. *M. antennis setariis, alis fuscis albo maculatis, fronte nivea.*
Habitat in Europa.
- grossificationis. 84. *M. antennis setariis, alis nigris apice albis.* *Fn. suec. 1051.*
Habitat in Europa, varius.
- saltuum. 85. *M. antennis setariis, alis albis costa punctoque terminali fuscis, corpore flavo, occipite nigricante.*
Habitat in Europa.
- vibrans. 86. *M. antennis setariis pilosa, alis hyalinis apice nigro, capite rubro.* *Fn. suec. 1052.*
Habitat in Europa, ubique vibrans alas.
- cynipsea. 87. *M. antennis setariis, alis apice puncto nigro, abdominis primo articulo obovato.*
Fn. suec. 1054.
Habitat in Europa.
Femora antica subtus denticulata sunt.

- flava, 88. *M. antennis setariis flava nuda, oculis viridissimis.*
Fn. suec. 1114.
Habitat in Europa; vix Pediculo major.
- æstuans. 89. *M. antennis setariis, alis unguiculatis albis puncto centrali nigricante.* *Fn. suec. 1055.*
Habitat in Europa.
- Serratulæ. 90. *M. antennis setariis, alis albis, thorace virescente, abdomine cinereo lineis quatuor punctorum nigrorum.*
Habitat in Cardui & affinium floribus.
- Arnicae. 91. *M. antennis setariis, alis unguiculatis griseis nigro maculatis.*
Fn. suec. 1057. *Alar. inf. 346. t. 1. f. 5.*
Habitat in discis florum radiatorum, imprimis Arnices montane.
- Hyoscyami. 92. *M. antennis setariis, alis unguiculatis albis fusco maculatis.*
Fn. suec. 1058.
Habitat in Hyoscyamis, Carduis.
- germinationis. 93. *M. antennis setariis, alis albis margine maculisque nigris.* *Fn. suec. 1059.*
Habitat in Foliis arborum, frequens primo vere.
- Urticæ. 94. *M. antennis setariis, alis albis puncto terminali fasciisque tribus fuscis distinctis.*
Habitat in Urtica.
- Cerasi. 95. *M. antennis setariis, alis albis: fasciis fuscis inæqualibus: posticis exterius connexis.*
Fn. suec. 1061.
Blank. inf. t. 16. f. L.
Red. vivent. 264.
Reaum. inf. 2. t. 38. f. 22, 23.
Habitat in Ceraforum nucleis.
- Heraclii. 96. *M. antennis setariis, alis albis: fasciis fuscis repandis, oculis viridibus.*
Habitat in foliis Heraclii; subcutanea.
- Cardui. 97. *M. antennis setariis, alis albis: linea geminata fusca S literæ figura, oculis viridibus.* *Fn. suec. 1063.*

Reaum. inf. 3. t. 45. f. 12-14. *Gœd. inf.* 1. t. 50.
Blank. inf. t. 16 *List. gœd.* t. 129.
Habitat in Cardui crispæ, Serratulæ arvensis Gallis.

- solstitia- 98. *M. antennis setariis, alis albis unguiculatis: fasciis*
 lis. *quatuor fuscis, scutello flavo. Fn. swec.* 1084.
Habitat in Carduis, aliisque.
- flore- 99. *M. antennis setariis, alis pallidis venis nigricantibus:*
 scentia. *strigis duabus undatis apiceque fuscis. Fn. swec.* 1065.
Habitat in Europa.
- fronde- 100. *M. antennis setariis, alis nigris: fasciis duabus pun-*
 scentia. *ctisque duobus albis, corpore nigro.*
Habitat in Europa.

223. TABANUS. *Os* Proboscide carnosa, terminata
 labiis duobus.

Rostrum Palpis duobus, subulatis,
 proboscidi lateralibus, paral-
 lelis.

- bovinus. 1. *T. oculis virescentibus, abdominis dorso maculis albis*
trigonis longitudinalibus.
Fn. swec. 1045.
Fonst. inf. t. 8. o. 2. f. 22.
Reaum. inf. 4. t. 17. f. 8.
Habitat in Europa, Equis infestas.
- calens. 2. *T. oculis viridibus, abdominis dorso linea alba, anten-*
nis rubris.
Habitat in America. Mus. De Geer.
- Tarandi- 3. *T. oculis viridibus? abdominis segmentis margine lu-*
 nus. *teis, pedibus rufis.*
Fn. swec. 1046.
Habitat in Lapponia, Norvegia, Tarandorum tenella
cornua pungens, vulnerans, deformans.
- exæstu- 4. *T. oculis viridibus, abdominis segmentis margine albis,*
 ans. *tibiis candidis.*
Habitat in America meridionali. Rolander.

- fervens. 5. T. oculis viridibus, abdomine antennisque luteis, capite thoraceque fusco.
Habitat in America australiore.
- mexicanus. 6. T. oculis . . . , corpore livido, antennis viridibus, alis virescentibus punctis anastomofantibus.
Habitat in America meridionali. Rolander.
- Bromius. 7. T. oculis fascia unica purpurascente, corpore cinerascente. *Fn. svec. 1048.*
Habitat in Europa.
- occidentalis. 8. T. oculis fasciis binis fuscis, corpore fusco, abdomine lineis tribus fulvis.
Habitat in America meridionali. Læfing.
- tropicus. 9. T. oculis fasciis ternis fuscis, abdominis lateribus ferrugineis. *Fn. svec. 1047.*
Habitat in Europa, Equis instante pluvia molestus.
- antarcticus. 10. T. oculis fasciis quaternis fuscis, scutello macula nigra, tibiis anticis albis.
Habitat in America calidior. Rolander.
Dorsum abdominis notatum maculis albis.
- pluvialis. 11. T. oculis fasciis quaternis undatis, alis fusco punctatis.
Fn. svec. 1050. Reaum. inf. 4. t. 18. f. 1.
Habitat in Europa.
- cæcutiens. 12. T. oculis nigro-punctatis, alis maculatis.
Fn. svec. 1049.
Habitat in Europa.

224. CULEX. Os aculeis setaceis intra vaginam flexilem.

- pipiens. 1. C. cinereus, abdomine annulis fuscis octo. *Fn. svec. 1116.*
Fl. lapp. 363. 364.
Blank. inf. t. 15. f. A-D.
Reaum. inf. 4. t. 43, 44.
Swamm. quart. t. 23.
bibl. t. 31. f. 4-8. t. 32. f. 1-5.

Foblot.

Joblot. micr. 1. pp. 2. t. 13. f. A. B. C. D. E. H. I. L.

β. *Kalm. itin.* 2. p. 268. Musquetoés.

Habitat in Europæ aquis; copiosissima in Lapponia; etiam in America obvia. Kalm.

Mas antennis plumosis vix pungit aut sugit sanguinem. Larva in Aquis; Pupa bicornis reversa; Insectum pipiens, pungens: in Indiis magis venenata. Anseres allicit, pullos Gallinarum nutrit Lapponum calamitas felicissima.

bifurcatus. 2. *C. fuscus*, rostro bifurco. *Fn. suec.* 1115.

Raj. inf. 74. n. 4.

Reaum. inf. 4. t. 40. f. 1, 2.

Habitat in Europa.

pulicaris. 3. *C. alis hyalinis: maculis tribus obscuris.* *Fann. suec.* 1117.

Fl. lapp. 365.

Derh. phys.-th. 1. 1. c. 11. f. 5, 6.

Habitat in Europa; in America. Kalm.

Cursitat, mordet, relinquit punctum fuscum. Amoen. acad. 3. p. 343.

reptans. 4. *C. niger*, alis hyalinis, pedibus nigris annulo albo. *Fn. suec.* 1118.

Habitat in Europa, reptatu molestus tempore vespertino.

equinus. 5. *C. ater*, abdomine fusco, fronte alba. *Fn. suec.* 1120.

Fl. lapp. 359.

Habitat circum Equos, quorum sanguinem haurit, inter crines eorum cursitans.

stercoreus. 6. *C. testaceus*, alis reticulatis, linea thoracis, tribusque abdominis nigricantibus.

Habitat in stercoribus.

225. EMPIS. Os Rostro corneo, inflexo, bivalvi, thorace longiore: valvulis horizontalibus.

borealis. 1. *E. antennis filatis nigra, alis subrotundis fusco-ferrugineis.*

Fn. suec. 1038.

Habitat in Norlandia, choreas aëreas circa vespertas insituens.

- penni- 2. *E. antennis filatis nigra, pedibus posticis longis: alteri*
pes. pennatis.
Fn. suec. 1041.
Habitat in Europa.
- livida, 3. *E. antennis filatis livida, thorace lineis tribus nigris.*
Habitat in Europa.
Corpus lividum. Thorax linea dorsali lateralibusque nigris.
Abdomen supra magis fuscum. Ala oblonga venis fasciis.

226. CONOPS. Os Rostro porrecto, geniculato.

- rostrata. 1. *C. antennis fetariis nigra, abdomine ovato flavo lævi,*
rostro conico.
Habitat in Germania. P. Forskål. Phil. Mag.
Statura Muscæ domesticæ. Rostrum corneum, porrectum,
conicum, capite longius, versus basin reliquis omnibus
multo crassius. Tibiæ flavescentes. Alæ pallidæ.
- ealei- 2. *C. antennis subplumatis cinerea glabra ovata. Fn. suec.*
trans. 1042.
Habitat ad Boum pedes, unde eorum continuus calci-
tratus. Amœn. acad. 3. p. 343.
Simillima Muscæ domesticæ, ut vix dignoscatur ab in-
exercitatis, nisi solo rostro.
- irritans. 3. *C. antennis fetariis cinerea subpilosa ovata.*
Habitat cum Pecoribus.
Simillimus præcedenti, sed dimidio minor.
- macrocc- 4. *C. antennis clavatis mucronatis luteis, abdomine sub-*
phala. cylindrico glabro: segmentis quatuor margine flave-
scentibus.
Fn. suec. 1030 *Uddm. diff. 100.*
Habitat in Europa.
Simillima Muscæ conopsoidi, sed antennæ basi distinctæ.
- flavipes. 5. *C. antennis clavatis mucronatis nigris, abdomine sub-*
cylindrico glabro: segmentis tribus margine flavis.
Habitat in Europa.
Simillima Muscæ conopsoidi, nigra. Puncta 2 lutea ad
basin abdominis. Pedes flavi (nec, ut præcedentis,
ferruginæ) fasciis nigris.

buccata. 6. C. antennis setariis, abdomine hamoso griseo, facie vesiculari alba, alis nebulosis.

Habitat in Europa.

227. **ASILUS.** Os Rostro corneo, porrecto, recto, bivalvi.

maurus. 1. A. subferrugineus, pectoris lateribus punctis thoracisque dorso lineis tribus nigris.

Habitat in Mauritania. E. Brander.

Magnitudo Asili crabroniformis. Antennae ferrugineae.

Abdominis segmenta margine fusca.

barbarus. 2. A. fronte thorace pedibusque ferrugineis, alis flavis apice margineque tenuiore nigris.

Habitat in Mauritania. E. Brander.

Major congeneribus. Squamula alba ad latera thoracis.

Frons ciliata. Femora & Tibiae spinis sparsissimis.

crabroni-3. A. abdomine tomentoso antice nigro, postice flavo formis. inflexo.

Fn. svec. 1031.

Mouff. inf. 46.

Raj. inf. 267.

Fonst. inf. t. 10. f. 2.

Frisch. inf. 3. t. 8.

Habitat intra Terram.

gibbosus. 4. A. hirsutus niger, abdomine postice albo.

Fn. svec. 1034.

It. scanic. 414.

Habitat in Europa.

ater. 5. A. hirsutus totus niger, barba albida.

Habitat in Germania. Bergh Isaacson.

Similis precedenti sed brevior, totus hirsutus. Barba sub capite & ungula alba. Antennae subclavatae.

gilvus. 6. A. abdomine pubescente nigro: supra rufo.

Fn. svec. 1036.

Habitat in Europa.

margina-7. A. halteribus abdominisque incituris flavis, femoribus tus. nigris.

Habitat in Svecia. T. Bergman.

Abdomen nigrum, pilis fulvis tomentosum, imprimis ad incisuras. Thorax niger.

germani- 8. *A. hirtus* subcinereus, femoribus nigris, tibiis rubris, alis
cus. fulcibus basi albis.

Habitat in Germania. P. Forskål, Bergh Isacson.
Sequenti similis, etiam antennis, sed duplo major.

forcipa- 9. *A. hirtus* subcinereus.
tus.

Frisch. inf. 3. p. 35. t. 7.

Habitat intra Terram.

Maris cauda forcipata; Feintræ acuta. Varietas ma-
ior Tibiis ferrugineis.

Tipuloi- 10. *A. lividus* nudus, thoracis lineis dorsalibus tribus
des. nigris.

Fn. suec. 1033.

Habitat in Europa.

celandi- 11. *A. ater* nudus, alis nigris, femoribus halteribusque
cus. ferrugineis.

Fn. suec. 1037.

It. celand. 155.

Habitat in Europa.

Morio. 12. *A. hirtus* niger, alis albo nigroque variis.

Habitat in Europa.

Simillimus Muscæ Morioni.

228. BOMBYLIUS. Os Rostro porrecto, setaceo, longissimo, bivalvi: valvulis horizontalibus intra quas aculei feracei.

major. 1. *B. alis* semi-nigris. *Fn. suec. 1119.*

Monff. inf. 64. f. 5.

Aldr. inf. 350. f. 10.

Raj. inf. 273.

Habitat in Europa.

medius. 2. *B. alis* fusco punctatis.

Pet. gaz. t. 36. f. 5.

Habitat in Europa.

- minor. 3. B. alis immaculatis. *It. scan.* 164.
Pet. gaz. t. 42. f. 9.
Reaum. inf. 4. t. 8. f. 11-13.
Habitat in Europa.
229. HIPPOBOSCA, Os Rostro bivalvi, cylindri-
 co, obtuso.
Pedes unguibus pluribus.
- Equina. 1. H. alis obtusis, thorace albo variegato.
Fn. svæc. 1043. *Mouff. inf. 59.*
Frisch. inf. 5. t. 10?
Reaum. inf. 6. t. 48.
Habitat in Europa & America septentrionali, Equis
& Bobus infesta.
- avicula- 2. H. alis obtusis, thorace unicolore.
 ria. *Habitat in Avibus. D. C. Solander.*
Præcedenti dimidio minor.
- Hirundi- 3. H. alis subulatis.
 nis. *Fn. svæc. 1044.*
Reaum. inf. 4. t. 11. f. 1-5.
Habitat in Hirundinibus.
- Ovina. 4. H. alis nullis. *It. wgoth. 59.*
Frisch. inf. 5. t. 18.
Habitat inter Ovium lanam.

VII. APTERA.

Alæ nullæ, in omni sexu.

230. LEPISMA. *Pedes VI, cursorii.*

Os Palpis II.

Cauda lectola : setis extensis.

Corpus squamis imbricatum.

sacchari- 1. *L. squamosa, cauda triplici.*

na. *Brown. jam. 425. Setoura subargentea, cauda setosa, setis hirsutis*

Adam. microgr. t. 28. f. 147.

Habitat in America inter saccharum & utensilia domestica, inde per Europam vulgaris, hodie in Svecia inceptit.

terrestris. 2. *L. nuda, cauda triplici.*

Habitat in Europa.

Similis Poduræ sed major, corpore toto albo cylindrico, Antennæ corporis dimidii longitudine, obtusæ ut in Podura.

231. PODURA. *Pedes VI, cursorii.*

Oculi II, compositi ex octonis.

Cauda bifurca, saltatrix, inflexa.

viridis. 1. *P. subglobosa viridis. Fn. Svec. 1172.*

Habitat in Europæ plantis.

atra. 2. *P. subglobosa atra, antennis longitudine corporis apice albis. Fn. Svec. 1173.*

Habitat in Europæ plantis.

fusca. 3. *P. globosa fusca nitida, antennis longis : articulis plurimis. Fn. Svec. 1174.*

Act. Stockh. 1743. p. 296. t. 7.

Habitat in Europæ terrestribus.

4. P.

- plumbea. 4. *P. teres fusco-cærulea nitida. Fn. svec. 1175.*
Habitat in Europæ arbutis.
- nivalis. 5. *P. oblonga cinerea signaturis nigris. Fn. svec. 1176.*
E. N. C. acc. 2. ann. 3. obs. 197. Pulex nivis.
De Geer Act. Ups. 1740. p. 54 t. 2.
Habitat in Europæ nemoribus, Lignis.
- arborea. 6. *P. nigra, pedibus furcæque albis. Fn. svec. 1177.*
De Geer act. Ups. 1740. p. 49. t. 1.
act. Stockh. 1740. p. 272. t. 1.
Habitat in Europæ sylvis.
231. 7. *P. cylindrica grisea, cingulo atro antice albo.*
Habitat in sylvis Europæ.
- aquatica. 8. *P. nigra aquatica. Fn. svec. 1178.*
De Geer act. Ups. 1740. p. 57. t. 3.
Stockh. 1740. p. 279. t. 3, 4.
Habitat in Aquosis Europæ.
- fimetaria. 9. *P. terrestris alba. Fn. svec. 1180.*
Habitat in terra prægnante Europæ, frequens primo vere.
- ambu- 10. *P. alba, furca extensa. Fn. svec. 1170.*
lans. *Habitat in Europa.*

232. TERMES. *Pedes VI, cursorii.**Oculi II.**Antennæ fetacæ.**Os maxillis duabus.*

- fatiale. 1. *T. luteum; alterius maxillis longitudine antennarum.*
*Habitat in Indiæ utriusque umtrosis, aperto aëri in-
sum, fornice cylindricos progrediendo inædificans, ma-
xillis longis altissime resiliens; Nidos e sabulo, stau-
bus dædaleis in tophum firmens. Destruit vitæ omnia,
omnia, utriusque Indiæ calamitas summa: domos, na-
ves, cibaria, vestimenta, ex animalibus & vegetabi-
libus singula quæque, relicta sola superficie integra;
calce viva coercendum, de quo Rolander & peregrina-
tores plurima.*

Alteri (Feminae forte) Corpus magnitudine T. pulsatorii. Caput corneum, leve, oblongo subtrigonum, luteum. Antennae vix thorace longiores. Maxillae corneae, laeves, nigrae, subulatae, subarcuatae, porrectae, longitudine antennarum. Abdomen oblongum, subcylindricum, albicans.

Alterum (Sexu tantum diversum, Rolander) simile praecedenti, sed absque maxillis magnis porrectis. Caput suborbiculatum, flavescens. Maxillae brevissimae. Antennae filiformes, corpore dimidio breviores. Abdomen ovatum, albidum.

pulsatorium. 2. T. abdomine oblongo, ore rubro, oculis luteis.
Fn. suec. 1168.

Derb. theol. 119.

Bradl. nat. t. 27. f. 3.

Raj. inf. 8.

Aët. angl. n. 270. p. 231. & n. 291. p. 1586 & n. 245. p. 376.

Roland. aët. Stockh. 1754. p. 152.

Habitat in Europa & America, frequens in domibus, invisum vestibus, Herbariis, Insectorum museis. Femina horologii instar pulsatoria in ligneis festucis.

fatidicum. 3. T. abdomine ovato, ore pallido, oculis fuscis.

Frisch. inf. 11. p. 2. t. 10.

Habitat in Europa australiore, nobis primum visum in plantis siccis a Læstingio transmissis.

Simile praecedenti, sed duplo majus.

233. PEDICULUS. Pedes VI, ambulatorii.

Oculi II.

Os aculeo exserendo.

Antennae longitudine thoracis.

Abdomen depressum, sublobatum.

Humanus. I. P. humanus. *Fn. suec. 1153.*

Mouff. inf. 259.

Red. exp. t. 18.

Swamm. quart. t. 7.

bibl. t. 1. f. 3-6.

Habitat in capite & vestimentis humanis.

Alb. aran. t. 42.

Boxan. micr. f. 55.

Joblot. micr. 1. pp. 1. t. 1.

Baker. micr. t. 13. f. 4.

2. P.

- Pubis. 2. P. pubis. *Fa. suec.* 1154.
Mosff. inf. 200. *Red. exp. t.* 19 f. 1.
Rat. inf. 8. *Pet. gaz. t.* 67. f. 9.
Schenk obs. 676.
Habitat in Hominis immundi pube, rarius & superciliis.
- ricinoides. 3. P. abdomine orbiculato linea alba, scutello trilobo, rostro albo.
Habitat in America, pedes obambulantium intrans, sanguinem hauriens, in iis ova deponens, ulcera cacœthica causans. *Kolander.*
Acarus esset, nisi pedes rufescentes tantum 6. Rostrum longum cylindricum subtus hamatis. Corpus rufesces.
- Vespertilionis. 4. P. thorace angulato-cruciato, pedibus unguulatis, corpore longioribus.
Frisch. inf. 7. t. 7.
Habitat in Vespertilionis marino.
Animal infere structurae, Acaro aut Phalangiis simile, in plano non procedere valet.
- Suis. 5. P. Suis ferocæ.
Habitat in Suisus β.
- Porcelli. 6. P. Muris Porcelli.
Habitat in Mure Porcello.
- Cameli. 7. P. Cameli. †
Red. exp. t. 22.
Habitat in Camelo Dromedario, Bactriano.
- Cervi. 8. P. Cervi.
Frisch. inf. 12. p. 15. t. 5. *Red. exp. t.* 5.
Habitat in Cervo Elapho, Dama, Capreolo.
- Ovis. 9. P. Ovis Arietis.
Red. exp. t. 22. f. 1?
Habitat in Ovisibus.
- Bovis. 10. P. Bovis Tauri, abdomine lineis transversis octo ferrugineis. *Fa. suec.* 1155.
Habitat in Bobus.
- Vituli. 11. P. Bovis Tauri, abdomine plumbeo. *Fa. suec.* 1156.
Habitat in Bobus cum precedenti.

- Equi. 12. P. Equi Caballi.
Habitat in Equis.
- Afina. 13. P. Equi Afina. †
Red. exp. t. 22. f. 1.
Habitat in Afinis.
- Tinnunculi. 14. P. Falconis Tinnunculi. *Fn. suec. 1157.*
Red. exp. t. 13.
Frisch. inf. 11. p. 24. t. 24.
Habitat in Falconibus Tinnunculis, Milvis.
Conferantur aliæ species in Falconibus. Red. exp. t. 1.
- Corvi. 15. P. Corvi Coracis. *Fn. suec. 1158.*
Red. exp. t. 16. f. 2.
Habitat in Corvis.
- infausti. 16. P. Corvi infausti.
Fn. suec. 1159. Pediculus Picæ lapponicæ.
Habitat in Corvo infausto.
- Picæ. 17. P. Corvi Picæ. †
Red. exp. t. 5.
Habitat in Corvo Pica.
- Cygni. 18. P. Anatis Cygni. †
Red. exper. t. 8.
Habitat in Cygno.
Conferatur Red. exp. t. 9. f. 3.
- Anseris. 19. P. Anatis Anseris.
Red. exper. t. 10.
Habitat in Anseribus feris & mansuetis.
- moschata. 20. P. Anatis moschata. †
Red. exper. t. 9. f. 1.
Habitat in Anate moschata.
- Querquedula. 21. P. Anatis Querquedula. †
Red. exper. t. 12.
Habitat in Querquedulibus.
- Sternæ. 22. P. Sternæ Hirundinis. *Fn. suec. 1162.*
Red. exper. t. 9. f. 2.
Habitat in Sternis, Laris.

- Plataleæ. 23. P. Plataleæ Leucorodiæ. †
Red. exper. t. 4.
Habitat in Leucorodiis.
- Ardeæ. 24. P. Ardeæ cinereæ. †
Red. exper. t. 6.
Habitat in Ardeis.
- Gruis. 25. P. Ardeæ Gruis. *Fn. svec. 1162.* †
Red. exper. t. 3.
Habitat in Gruibus.
- Ciconiæ. 26. P. Ardeæ Ciconiæ.
Frisch. inf. 8. p. 9. t. 6.
Habitat in Ciconiis.
- Chara- 27. P. Charadrii Pluvialis. †
 drii. *Red. exper. t. 9.*
Habitat in Pluvialibus.
- Fulicæ. 28. P. Fulicæ atræ. †
Red. exper. t. 4.
Habitat in Fulicis.
- Recurvi- 29. P. Recurvirostræ Avosettæ. *It. æl. 90. Faun. svec.*
 rostræ. 1163.
Habitat in Recurvirostris.
- Hæmato- 30. P. Hæmatopi Ostralegi. *Fn. svec. 1164.*
 pi. *Habitat in Hæmatopis.*
- Pavonis. 31. P. Pavonis cristati. †
Frisch. inf. 12. t. 3. f. 6. *Red. exper. t. 15.*
Habitat in Pavonibus.
- Melea- 32. P. Meleagridis Gallo-pavonis. *Fn. svec. 1160.*
 gridis. *Frisch. inf. 8. t. 4.* *Red. exper. t. 22?*
Habitat in Gallo-pavonibus.
- Gallinæ. 33. P. Phasiani Galli thorace capiteque utrinque mucronato.
Fn. svec. 1166.
Habitat in Gallinis domesticis.
Expellitur Pipere.

(†) Signo Cruceis ubique notavimus animalia nobis nec viva, nec in museis asservata visa, ut Naturæ consulti ad ea attentius examinanda incitentur.

Caponis. 34. P. Phasiani Galli alter. *Fn. suec.* 1165.
Frisch inf. 11. t. 24. *Red. exper. t.* 16. f. 1.
Habitat in Gallinis domesticis.

Tetrao- 35. P. Tetraonis Tetricis.
 nis. *Red. exper. t.* 14. *Pulex pavonis?*
Habitat in Tetraonibus.

Lagopi. 36. P. Tetraonis Lagopi. *Fn. suec.* 1167.
Habitat in Lagopis.

Colum- 37. P. Columbæ Oenatis. †
 bæ. *Red. exper. t.* 2. f. 1.
Habitat in Columbæ.

Pari. 38. P. Pari majoris, cauda quadrifeta. †
Frisch inf. 8. p. 9. t. 1. f. 5.
Habitat in Paris.

Apis. 39. P. Apis. †
Frisch. inf. 8. t. 16.
Habitat in Apibus ad squamulam halterum.

234. PULEX. *Pedes VI, saltatorii.*
Oculi II.
Os rostro inflexo.
Abdomen compressum.

irritans. 1. P. proboscide corpore brevior.
Fn. suec. 1171. *Pulex.* *Joblot. micr.* 1. pp. 1. t. 3.
Raj. inf. 7. *Frisch. inf.* 11. p. 8.
Alb. aran. t. 41. *Vallijn. oper.* 1. t. 25. f. 1.
Bonanz. micr. f. 56. *Leuwenb. epist.* 26. f. 1-20.
Anon. angl. p. 204. f. 12. *Raf. inf.* 2. *musc. t.* 2, 3, 4.
Hook. microgr. *Baker. micr. t.* 13. f. 6.
Habitat ubique in Europa, Leporibus imprimis molesta;
in America. Kalm.
Larva apoda, cauda bifurca, net. Pupa pedata, immo-
bilis. Mas sub femina jungitur, affinis coleoptratis.

pene- 2 P. proboscide corporis longitudine.
 trans. *Marggr. bras.* 249. *Tunga.*
Sloan. jam. 2. p. 191. *introd.* 125.

Catesb. car. 3. p. 10. t. 10. f. 3. Pulex cutem penetrans.

Habitat in America: Pedes hominum intrans, ova deponens, unde cacoëthes, sæpe mors.

Corpus fusco rufescens, compressum. Abdomen subtus albidum. Famelicus saltat, precedenti simillimus. Rolander.

235. ACARUS. *Pedes VIII.*

Oculi II, ad latera capitis.

Tentacula duo, articulata, pediformia.

elephantinus. 1. *A. orbicularis depressus: macula baseos ovata.*

tinus.

Habitat in India.

Magnitudo seminis Lupini albi, depressus, lividus margine crasso, subtus utrinque 3 sulcis. Macula baseos nigra, ovata, trifida.

ægyptius. 2. *A. obovatus fuscus margine albo. M. L. U.*

Habitat in Oriente.

Reduvius. 3. *A. obovatus planus macula baseos obovata.*

Fn. suec. 1192. It. æland. 62. 126.

Raj. inf. 9.

Habitat in Bobus, Canibus, sylvis.

americana- 4. *A. obovatus rubicundus, scutello geniculisque pedum*
nus. *albidis.*

Kalm. act. Stockh. 1754.

Habitat in America.

sanguifugus. 5. *A. abdomine postice crenato, scutello ovato subfulvo,*
gus. *rostro tripartito.*

Habitat in America. Rolander.

Pedes antici ad exortum spinis brevibus. Sanguinem in tibiis obambulantium haurit vix extrahendus.

Ricinus. 6. *A. globoso-ovatus macula baseos rotunda, antennis*
clavatis.

Fn. suec. 1193.

Aldr. inf. 559.

Habitat in Bobus, Canibus.

Raj. inf. 10.

Frisch. inf. 5. t. 19.

- Cancroi-7. A. antennis cheliformibus, abdomine ovato depresso.
des. *Fn. suec.* 1187. *It. æl.* 84.
Seb. mus. 1. t. 70. f. 11.
Frisch. inf. 8. t. 1. *Rœs. suppl.* t. 64.
Clerck aran. t. 6. f. 10: 1, 2.
Habitat in Europæ umbrosis suffocatis.
- Scor-8. A. antennis cheliformibus, abdomine cylindrico, capi-
pides. te appendiculato.
Hæcitat in America. Rolander.
Simillimus A. Cancroidi, sed chela ovata, Corpus fla-
vescens, duplo majus, & Abdomen cylindricum. Mor-
su venenatus. An uterque Phalangium?
- crassipes 9. A. pedibus secundariis cheliformibus. *Fn. suec.* 1189.
Habitat in Europa.
- passeri-10. A. femoribus tertiis crassissimis.
lus. *In suec.* 1190.
De Geer Act. Stockh. 1740. p. 351. t. 1. f. 2.
Red. viv. t. 2. f. 4.
Habitat in Passeribus variis.
- motato-11. A. pedibus primis longissimis motatoriis. *Faun. suec.*
rius. 1188.
Habitat in Umbrosis.
- Aphidioi-12. A. pedibus primis longioribus cursoriis, abdomine po-
des. stice bicorni. *Fn. suec.* 1191.
Habitat in Europa.
- coleo-13. A. ater, lateribus nigro-subcoleoptratis. *Fn. suec.* 1211.
pstratus. *Habitat in Europa.*
- telarius. 14. A. hyalino-fulvus.
Fn. suec. 1212. 1196.
Habitat in Europæ plantis, minus ventis expostis, cal-
daris inclusis, tela duccens filis parallelis, quibus plan-
tas suffocat; in Tiliæ foliis aversis autumno frequens.
- Siro. 15. A. lateribus sublobatis, pedibus quatuor posticis lon-
gissimis, femoribus capiteque ferrugineis, abdomine
setoso.
Farinæ. Scabiei.
Blank. inf. t. 14. f. A. B. *Schenck. obs.* 676.

Leuw. epist. 77. t. 379. f. 9, 10. *Allen. comp.* XI: 8.
Riv. prurit. 18. f. D-L. *Act. angl. n.* 283.
E. N. C. dec. 2. ann. 10. app. 34. *Riv. prur.* 18. f. A. B.
Act. lips. 1682. p. 319.

Habitat in Farina Europæ, Americæ.

*Inter Sirones Farina, Scabiei, Dysenteria, Hemitritæi
 non reperi alius differentias, quam a loco petitas. Amen.
 acad.* 3. p. 333.

exulce- 16. A. pedibus longissimis setaceis: anticis duobus brevibus.
 rans. *Habitat in Scabie farina.*

genicula- 17. A. niger, femorum geniculis subglobosis. *Fawn. swec.*
 tus. 1210.
Habitat . .

aquaticus. 18. A. abdomine depresso tomentoso pollice obtuso, aqua-
 ticus. *Fn. swec.* 1199.
Frisch. inf. 8 t. 3.
Rœf. suppl. 1. t. 25.
Habitat in Europæ aquis dulcibus.

holoseri- 19. A. abdomine depresso tomentoso pollice retuso, ter-
 ceus. *Fn. swec.* 1200.
It. æl. 84.
List. aron. f. 38.
Raj. inf. 41. n. 38.
Blank. inf. t. 14. f. 7.
Habitat in Europæ & Americæ siccis.
Simillimus præcedenti.

bacca- 20. A. abdomine distento rubro: lateribus obscurioribus.
 rum. *Fn. swec.* 1201.
Habitat in Baccis Ribis aliisque frequenter carfitans.

Musca- 21. A. abdomine rufo, pedibus posticis longissimis filiformi-
 bus. *Fn. swec.* 1209.
Habitat in Muscis.

Batatas. 22. A. sanguineus scabriusculus, pedibus anterioribus lon-
 gitudine corporis. *Rolander.*
Habitat in Batatas Surinami.

- gymno- 23. A. abdomine rubro, lateribus punctis binis coccineis.
pterorū. *Fn. suec.* 1208.
Habitat in Apibus aliisque.
- coleo- 24. A. rufus, ano albicante. *Fn. suec.* 1198.
ptoratorū. *Blank. inf. t. 14. f. H.* *Frisch. inf. 4. t. 10.*
Reaum. inf. 6. t. 4. f. 13, 14.
Ræf. inf. 4. p. 20. t. 1. f. 10-15.
Habitat in Scarabæis.
- rupestris. 25. A. fuscus : linea dorsali bicolore. *Fn. suec.* 1202.
Habitat in Europa.
- longicor- 26. A. ruber, antennis rostro longioribus. *Fn. suec.* 1205.
nis. *Habitat in Europa.*
- littoralis. 27. A. fusco-rufus, pedibus sanguineis. *Fn. suec.* 1206.
It. œland. 96.
Habitat in Europæ littoribus.
- Fungo- 28. A. fusco-rufescens, abdomine subglobofo glabro. *Fn.*
run. *suec.* 1207.
Habitat in Fungis.
- scaber. 29. A. cinereus depressus : lateribus scabris. *Faun. suec.*
1197.
Habitat in Europa.
- Salicinus. 30. A. ruber : linea dorsali duplici fusca : antice bifurca.
Fn. suec. 1204.
Habitat in Salicibus frequens.
- croceus. 31. A. fulvus : thoracis lateribus puncto rufo. *Fn. suec.* 1204.
Habitat in Europa.

236. PHALANGIUM. *Pedes VIII.*

Oculi verticis duo contigui,
duo laterales.

Frons antennis pediformibus.

Abdomen rotundatum, ma-
riticum.

- Opilio. 1. P. abdomine ovato : subtus albo.
Fn. suec. 1186.

Mouff. inf. 234. f. 4.*Aldr. inf.* 608. f. 4.*Gœd. inf.* 2. t. 49.*List. gœd.* f. 143.*angl. t.* 1. f. 35.*Habitat in* Europa, America.*Raj. inf.* 39. n. 35.*Bradl. nat.* t. 24. f. 2.*Clerck. aran.* t. 6. f. 10: 3.

cauda- 2. *P. chelis ramosis, abdomine mucronato. M. L. U.*
tum. *Seb. mus.* 1. t. 70. f. 7, 8.
Habitat in India.

renifor- 3. *P. antennis corpore longioribus, thorace reniformi.*
me. *M. L. U.*
Brown. jam. 409. t. 41. f. 3. *Tarantula fusca major,*
pedibus anterioribus crassioribus aculeatis & unguicu-
latis fere cheliformibus, proximis longissimis & te-
nuissimis.
Habitat in America.

237. ARANEA. *Pedes VIII.**Oculi VIII.**Os unguibus f. retinaculis duobus.**Palpi duo articulati; masculis ge-
nitalia.**Anus papillis textoriis.*

diadema. 1. *A. abdomine subgloboso rubro-fusco cruce albo-pun-
ctata. Fn. svec.* 1214.

Mouff. inf. 233. f. 1.*Aldr. inf.* 608. f. 9.*Fonst. inf.* t. 18. f. 17, 19, 20.*Raj. inf.* 18. n. 2.*List. aran.* f. 2.*Frisch. inf.* 7. t. 4.*Clerck. aran.* 25. t. 1. f. 4, 3.*Habitat in* Betulis.

reticula- 2. *A. abdomine globoso reticulato supra purpurascete
ta. fusco-nebuloso. Fn. svec.* 1221.
Habitat in Hortis.

3. A.

- cucurbitina. 3. A. abdomine subgloboso flavo punctis quibusdam nigris.
Fn. suec. 1224.
Raj. inf. 20. n. 8. *List. aran. f.* 5.
Clerck. aran. 44. t. 2. f. 4.
Habitat in Arboribus foliatis.
- calycina. 4. A. abdomine globoso pallido flavescente. *Fn. suec.* 1228.
Habitat in Calycibus florum, a corolla decidua vacuis.
- bipunctata. 5. A. abdomine globoso atro: punctis duobus excavatis.
Fn. suec. 1232.
Habitat in fenestris. Rete disperso.
- arundinea. 6. A. abdomine subgloboso albo: maculis dilute fuscis.
Fn. suec. 1243.
Habitat in Arundinum paniculis.
- angulata. 7. A. abdomine ovato antice lateribus angulato-acuto.
Fn. suec. 1213.
It. goth. 216.
Clerck. aran. 22. t. 1. f. 1.
Habitat in Arboribus. Rete perpendiculari.
- domestica. 8. A. abdomine ovato fusco: maculis nigris quinque subcontiguas anterioribus majoribus. *Fn. suec.* 1215.
Raj. inf. 27. n. 17.
List. aran. 59. f. 17.
Clerck. aran. 76. t. 2. f. 9.
Habitat in fenestris, frequens.
- lineata. 9. A. abdomine ovato albido: lineis tribus longitudinalibus punctorum nigricantium. *Fn. suec.* 1220.
Habitat in Nemoribus.
- riparia. 10. A. abdomine ovato nigro-æneo tubulato bicorni. *Fn. suec.* 1222.
It. æl. 145.
Habitat in littoribus sabulosis. Rete horizontali.
- labyrinthica. 11. A. abdomine ovato fusco: linea exalbida pinnata, ano bifurca. *Fn. suec.* 1223. *It. æl.* 251.
Raj. inf. 27. n. 18.
List. aran. 60. f. 18.
Clerck. aran. 79. t. 2. f. 8.
Habitat super Terram, Tela horizontali cum puteo cylindrico.

- redimita. 12. A. abdomine oblongo - ovato flavo : annulo ovali dorsali rubro. *Fn. Svec.* 1227.
Raj. inf. 24. f. 12.
List. aran. 51. f. 12.
Frisch. inf. 10. t. 4.
Clerck. aran. t. 3. f. 9.
Habitat in Hortis.
- corollata. 13. A. abdomine ovato nigro : annulo dorsali ovali albo.
Fn. Svec. 1229. *It. oel.* 126.
Clerck. aran. 124. t. 5. f. 18 ?
Habitat in Plantis.
- fumigata. 14. A. abdomine ovato fusco : basi punctis duobus albis.
Fn. Svec. 1231. *Clerck. aran.* 104. t. 5. f. 6.
Habitat in campis.
- montana. 15. A. abdomine ovato albo maculis cinereis. *Fn. Svec.* 1242.
List. aran. 36. f. 6 ?
Habitat in Arboribus.
- notata. 16. A. abdomine ovato fusco : lineis albis transversis arcuatis.
Habitat in Europa.
- rufipes. 17. A. abdomine fusco, pedibus rufis. *Fn. Svec.* 1230.
Habitat frequentius in Urticis.
- nocturna. 18. A. abdomine nigro : punctis duobus albis, basi que lunula alba. *Fn. Svec.* 1235.
Habitat in Europa.
- extensa. 19. A. abdomine longo argenteo virescente, pedibus longitudinaliter extensis. *Fn. Svec.* 1216.
Raj. inf. 19. n. 2.
List. aran. f. 3.
Habitat in uliginosis, pedibus ad ramos arde & longitudinaliter extensis.
- fimbriata. 20. A. abdomine oblongo nigro : linea utrinque laterali alba, pedibus fuscis. *Fn. Svec.* 1226.
Clerck.

Species Aranearum variant etate saepe & sexu; difficillime perfecta in museis aservantur; plures itaque videndae apud Listerum, Albinum, imprimis vero apud oculatissimum Clerck de Araneis Svecicis, Holm. 1757. quart. qui ultra 60 habet,

- Clerck. aran. 102. t. 5. f. 9.*
Habitat in Aquis. super aquas currens.
- sexpun- 21. A. abdomine oblongo: punctorum excavatorum pari-
 ctata. bus tribus. *Fn. suec. 1233.*
Habitat in Sylvis acerosis.
- flavissi- 22. A. abdomine oblongo flavissimo lævi. *M. L. U.*
 ma. *Habitat in Ægypto. Hasselqvist.*
Thorax fulvus. Pedes glabri.
- quadri- 23. A. abdomine oblongo nigro: punctis quatuor exca-
 punctata. vatis. *Fn. suec. 1234. It. æl. 34.*
Habitat in fenestris.
- holoferi- 24. A. abdomine ovato-oblongo holosericeo: basi subtus
 cea. punctis duobus flavis. *Fn. suec. 1241.*
Raj. inf. 31. n. 23.
List. aran. 71. f. 23.
Habitat in Europa, intra folia convoluta plantarum.
- fenocu- 25. A. oculis tantum senis.
 lata. *List. aran. 74. f. 24.*
Raj. inf. 32. n. 24.
Habitat in Europa.
- avicula- 26. A. thorace orbiculato convexo centro transverse ex-
 ria. cavato. *Amœn. acad. 1. p. 323.*
Maregr. bras. 248.
Laet. amer. t. 570. Olear. mus. t. 17. f. 3.
Worm. mus. t. 244. Merian. sur. t. 18.
Clus. posth. 47.
Habitat in America, insidiatur Aviculis, Insectis.
Morsu diro serpentino minatur.
- ocellata. 27. A. ~~tribus~~ oculis tribus geminatis.
Habitat in China. De Geer.
*Corpus pallidum magnitudine Tarantula. Abdomen ne-
 bulosum pallidum annulo nigro. Thoracis discus ma-
 cula gemina magna nigra. Oculorum regio nigra.*
*Macule ocellis geminis albidis: in singulo femore tres,
 in tibiis pauciores.*
- Tarantu- 28. A. Tarantula dicta.
 la. *Bagliv. Tarantula (monographia).*

Bradl. natur. t. 24. f. 10.

Olear. mus. 21. t. 12. f. 4.

Habitat in Italia; imprimis in Apulia, Barbaria, Oriente.

Rabida sub canicula morsu excitat famosum Tarantismum Musica medendum.

Species hujus plures sistunt Authores! quæ accuratius inquirendæ & distinguendæ, cum colore diversæ forte etiam specie differant.

scenica. 29. *A. faliens nigra: lineis femicircularibus albis transversis. Fn. suec. 1237.*

Raj. inf. 37. n. 31.

List. aran. f. 31.

Bradl. nat. t. 24. f. 5.

Clerck. aran. 117. t. 5. f. 13.

Habitat in parietibus.

truncorum. 30. *A. faliens nigra: dorso punctis albis. Fn. suec. 1236.*
Habitat in parietibus, truncis.

rupestris. 31. *A. faliens, abdominis macula nigra margine rubra medio alba. Fn. suec. 1238.*

Habitat in parietibus, lignis.

aquatica. 32. *A. livida, abdomine ovato; linea transversa punctisque duobus excavatis. Fn. suec. 1240.*

Clerck. aran. 143. t. 6. f. 8.

Habitat in Aquis Europæ dulcibus, urinatoria.

faccata. 33. *A. abdomine ovato ferrugineo fusco.*

List. aran. 82. f. 28.

Frisch. inf. 8. t. 2.

Habitat in terra, circumferens ubique secum saccum suum ovorum.

virescens. 34. *A. abdomine oblongo flavo-viridi: lineis lateralibus albis. Fn. suec. 1225.*

Fonst. inf. t. 18. f. 42.

Habitat in Hortis.

palustris. 35. *A. abdomine oblongo nebuloso: lineis lateralibus albis. Fn. suec. 1219.*

Habitat in paludibus cæspitosis exsiccatis.

viatica. 36. *A. abdomine subrotundo plano obtuso, pedibus quatuor posticis brevissimis. Fn. suec. 1218.*

Raj.

- Raj. inf.* 35. n. 29. *List. aran. f.* 29.
Frisch. inf. 7. t. 5.
Clerck. aran. 128. t. 6. f. 5.
Habitat in arboribus, lignis, ovis inabans.
- levipes. 37. A. abdomine rhombeo depresso, pedibus transversaliter extensis variegatis. *Fn. juv.* 1217
List. aran. f. 13. *Frisch. inf.* 10. t. 14.
Habitat in truncis, parietibus.
- cancriformis. 38. A. abdomine semiorbiculato: ambita sexdentata.
Sloan. jam. 2. p. 197. t. 235. f. 4. Araneus cancriformis campestris reticulum spirale necens.
Brown. jam. 419. t. 44. f. 5. Aranea nigra cancriformis.
Habitat in America.
- spinosa. 39. A. spinis dorsalibus octonis: posticis duabus patentibus, abdomine subtus conico.
Habitat in America.

238. SCORPIO. *Pedes VIII.*

Oculi VIII, horum 3 ad latus utrumque thoracis; 2 in tergo

Frons chelifera.

Palpi II, cheliformes.

Cauda elongata, articulata, terminata Mucrone arcuato.

Pectines duo subtus inter pedes & abdomen.

- maurus. 1. S. pectinibus 8-dentatis, manibus subcordatis
Habitat in Africa.
- afer. 2. S. pectinibus 13-dentatis, manibus subcordatis
Swamm. bibl. t. 3. f. 3. *Seb. mus.* 1. t. 70. p. 4.
quart. t. 6.
Habitat in India.
- americus. 3. S. pectinibus 14-dentatis, manibus subciliatis: dentes filiformibus.
Habitat in America.

europæus. 4. S. pectinibus 18-dentatis, manibus unguulatis.

Mouff. inf. 204.

Aldrov. inf. 577.

Raf. inf. 9.

Habitat in Europa maxime australi.

Cauda sub aculeo mucronata est.

australis. 5. S. pectinibus 32-dentatis, manibus lævibus.

Habitat in Africa, forte etiam America.

239. CANCER. *Pedes* utrinque VIII: præter Manus 2 chelatas,
Oculi II, distantes, pedunculati,
 elongati, mobiles.
Palpi II magni, cheliferi.
Cauda articulata, inermis.

* a * BRACHYURI *Thorace lævi lateribus integerrimo.*

Curfor. 1. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo: lateribus postice marginato, antennis fililibus, cauda reflexa. †

Hasselqv. iter. 433. n. 128. Cancer anomalus.

Habitat in Mari Mediterraneo, Indico, sole occiduo e mari exiens in littora sabulosa, velocissimeque discurrens.

raninus. 2. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo oblongo obovato: antice truncato-dentato.

Rumph. mus. 13. t. 7. f. F. T. U.

Habitat in M. Indico.

mutus. 3. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo: margine antico transverso brunneo.

Habitat in M. Mediterraneo?

Testa lævis, antice truncata, margine brunneo, postice complanato-truncata; lateribus integra. Chelæ læves, Carpis unidentatis, Brachiis subtilis denticulatis.

minutus. 4. C. brachyurus, thorace lævi integerrimo subquadrato: margine acutiusculo. *Mus. Ad. Fr.* 1. p. 85.

It. goth. 137. t. 3. f. 1.

Kalm. iter. 2. p. 143.

Sloan. jam. 2. t. 245. f. 1.

Osbeck. iter. 307.

- Habitat in Pelagi Fuco natante, supra aquam sæpius cursivans.*
5. *C. brachyurus*, thorace lævi integerrimo: antice retuso, pedum articulis ultimis penultimisque undique spinosis.
Sloan. jam. 1. t. 2. Catesb. car. 2. p. 32. t. 32. Fewill. peruv. 3. p. 237. Brown. jam. 423.
Habitat in America, sylvas vastissimis agminibus quotannis deserens littora maris petiturus.
6. *C. brachyurus*, thorace lævi integerrimo subtus hirtus.
Rumph. mus. 10. t. 14. f. E. Catesb. car. 2. t. 25. Cancer arenarius.
Habitat in Indiis.
7. *C. brachyurus*, thorace lævi integerrimo ovato glaberrimo, manibus ancipitibus lævibus.
Rumph. mus. t. 10. f. A. B. Pet. amb. t. 9. f. 3.
Habitat in Asia.
8. *C. brachyurus*, thorace lævi integerrimo convexo: postice quindecim-dentato. *M. L. U.*
Habitat in Asia.
 * b * *Brachyuri thorace lævi lateribus inciso.*
9. *C. brachyurus*, thorace lævi lateribus antice unispinosis, fronte truncata.
Barrel. rar. t. 1287. f. 1. t. 1286. f. 1, 2.
Habitat in M. Mediterraneo.
10. *C. brachyurus*, thorace lævi maculis sanguineis rotundis: lateribus unidentatis.
Rumph. mus. t. 10. f. 1. Pet. amb. t. 1. f. 8.
Habitat in Asia.
11. *C. brachyurus*, thorace lævi utrinque unispinoso, fronte octo-dentata, manibus multangulo-prismaticis.
Osborn. iter. 307. C. manuum articulis omnibus dentatis: extimo heptagono.
Rumph. mus. t. 7. f. R. Brown. jam. 421. t. 41. f. 2.
Habitat in Pelagi universi orbis Fuco natante.

Nucleus. 12. *C. brachyurus*, thorace lævi globoso: antice utrinque unidentato, postice rostroque bidentato.

Habitat in M. Mediterraneo ad littora Barbariæ. E. Brander.

Statura C. craniolaris, magnitudo glandis, color flavus. Thorax pone rostrum utrinque dente unico, & ad postica thoracis margo obsolete bidentatus, at supra pedes posticos dens validior conicus. Cauda glaberrima. Femora antica punctis eminentibus adpersa. Ungues acuti.

lactatus. 13. *C. brachyurus*, thorace lævi utrinque ferrato-quadrilobo, manibus ovatis lævibus. *M. L. U.*

Habitat in Indiis.

Mænas. 14. *C. brachyurus*, thorace lævi utrinque quinquedentato, manibus ovatis, carpis dentatis, pedibus posticis subulatis,

It. wgoth. 173.

Rumph. mus. t. 6. f. 0.

Pet. amb. t. 1. f. 5.

Habitat in Oceano Europæo, Asiatico.

Depuratus. 15. *C. brachyurus*, thorace lævi utrinque subquinquedentato, manibus apice compressis, pedibus posticis ovatis.

Planc. conch. 34. t. 3. f. 7.

Habitat in M. Mediterraneo.

Frons inter oculos dentibus tribus. Digitus fixus chelarum valde compressus.

feriatus. 16. *C. brachyurus*, thorace lævi utrinque quinquedentato, manibus multangulis ovatis, carpis unidentatis.

Rumph. mus. t. 6. f. P.

Pet. amb. t. 1. f. 6.

Habitat in M. Indico.

granulatus. 17. *C. brachyurus*, thorace lævi crenulato angulis dilatato-quinquedentatis, pollice truncato, manibus truncato-cristatis.

Catesb. car. 2. p. 36. t. 36. C. chelis crassissimis.

Habitat in America. Mus. De Geer.

Testa convexa, subtuberculata margine postico laterali dilatato-quinquedentato, reliquo crenulato. Rostrum bilobum, obtusum. Chelæ truncate, cristatæ, ad basin spina armata.

Pagurus. 18. *C. brachyurus*, thorace utrinque obtuse novem-plicato, manibus apice atris.

Tafelkräfweta.
Fr.

Fn. suec. 1244. *Bell. aquat.* 368.
It. wgoth. 173. *Rond. pisc.* 560.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 85. *Gesn. aquat.* 155.
Bradl. nat. t. 3. f. 4. *Aldr. exsangu.* 186.
Rumph. mus. t. 11. f. 4. *Foust. exsangu. t.* 5. f. 2.
Habitat in Oceano Europæo, Asiatico.

* c * *Brachyuri thorace hirta.*

Chabrus. 19. *C. brachyurus*, thorace hirta suborbiculato mutico, manibus ovatis muricatis.
Habitat in Oceano Indico.

Araneus. 20. *C. brachyurus*, thorace hirsuto ovato tuberculato, rostro bifido, manibus ovatis.
Blöius, Hafslyn nel. Fn. suec. 1246.
Iter. scanic. 312. *Foust. exsangu. t.* 5. f. 13.
Habitat in Oceano Europæo.

Cuphæus. 21. *C. brachyurus*, thorace villoso ovato antice obtuso, pollice tridentato.
Rumph. mus. t. 10. f. D? *Habitat in Asia.*

musco- 22. *C. brachyurus*, thorace villoso utrinque tridentato, rostro bidentato: lateribus unidentato.
fus. Habitat in M. Mediterraneo. E. Brander.
Magnitudo glandis. Testa obovata, villis mollissimis incurvis hirsuta, ad utrumque latus spinis 3 subulatis. Rostrum spinis 2 subulatis parallelis cum dente compresso ad utrumque latus rostri. Ungues pedum subulati, curvi, introrsum dentati. Chelæ laeves, lineares, carpo utrinque dente obtuso retrorsum spectante.

persona- 23. *C. brachyurus*, thorace hirta inæquali utrinque quin-
tus. quedentato, rostro quadridentato.

Planc.

Pinnotheres. *C. macrourus?* testa membranacea punctis lateralibus ternis, manibus acuminatis: digitis incurvis. †
Rumph. mus. p. 27. *Foust. exsangu. t.* 20. f. 3.
Habitat in Mari Mediterraneo & Asiatico intra Testas Pinnae, Sphondyli.

Hic nobis non visus, ab autoptis attente describendus.
*Concha pascens, luminibus orbum pandens corpus, exposita Sepiæ octopodice, ideoque non sine custode est, qui Pinnothylax (Aristot. II: 24. & P: 15.) Pinnotheres (Plin. IX: 42, 31.) neque enim vi-
 ta Conchæ fortasse servari possit nisi opera Cameri (Bell. aqu. 401. Hasselqv. iter. 450).*

Planc. conch. 36. t. 5. f. 1.

Habitat in M. Mediterraneo.

Testa magnitudine pomi, rubra, uti totum corpus hirta. Rostrum bidentatum cum dente ad utrumque latus brevior. Seta utrinque ad basin caudæ. Pedes duo postici quasi supra reliquos collocati.

* d * *Brachyuri thorace supra spinoso.*

Maja. 24. *C. brachyurus*, thorace aculeato, manibus ventricosis lævibus.

Maja

Fn. suec. 1245.

Matth. disc. 229. Maja.

Scania

Iter. scanic. 327.

Fonst. exsang. t. 5. f. 5.

Habitat in Oceano Europæo.

longimana- 25. *C. brachyurus*, thorace aculeato, manibus corpore
nus. longioribus: digito patulo; pollice curvato.

Rumph. mus. t. 8. f. 2.

Pet. amb. t. 2. f. 15.

Habitat in Oceano Asiatico.

horridus. 26. *C. brachyurus*, thorace obtuse aculeato, manibus ova-
tis, cauda cariosa.

Rumph. mus. t. 9. f. 1.

Pet. amb. t. 1. f. 7.

Habitat in Oceano Asiatico.

cristatus. 27. *C. brachyurus*, thorace aculeato: rostro bifido cristato,
manibus teretibus.

Rumph. mus. t. 8. f. 1.

Pet. amb. t. 5. f. 11.

Habitat in Oceano Asiatico.

superci- 28. *C. brachyurus*, thorace aculeato: spinis ocularibus ra-
liosus. moso-trifidis, manibus teretibus. *M. L. U.*

Habitat in Oceano Indico.

cornutus. 29. *C. brachyurus*, thorace aculeato: rostro spinis corni-
formibus barbatis, manibus teretibus. *M. L. U.*

Habitat in Oceano Indico.

longipes. 30. *C. brachyurus*, thorace aculeato, manibus ovatis sca-
bris, pedibus posterioribus longissimis.

Rumph. mus. t. 8. f. 4.

Habitat in Oceano Indico.

spinifer. 31. *C. brachyurus*, thorace postice uni-aculeato, inæquali,
pedibus secundi paris longissimis.

Rumph. mus. t. 8. f. 3?

Habitat in Asia.

* e * *Brachyuri thorace inaequali.*

cruentatus. 32. *C. brachyurus*, thorace tuberculoso fanguineo, rostro lineari truncato.

Habitat in M. Mediterraneo. E. Brander.

Testa statura & magnitudine C. Aranei, supra admodum nodosa tuberculis inaequalibus: apice maculis albis. Rostrum lineare, truncatum, cum dente utrinque ad ejus basin. Chela lineares ad carpos utrinque dente retrospectante obtuso. Pedes acuti.

hepaticus. 33. *C. brachyurus*, thorace verrucoso gibbo femiorbiculari: margine serrato.

Habitat in Indiis.

Calappa. 34. *C. brachyurus*, thorace strigis subimbricato gibbo trilobo.

Rumph. mus. t. 11. f. 2, 2.

Habitat in Asia.

Grapsus. 35. *C. brachyurus*, thorace strigis lateralibus, fronte retusa.

Amoen. acad. 4. t. . f.

Catesb. car. 2. t. 36. f. 1. Pagurus maculatus.

Habitat in America, Insula Ascensionis.

æneus. 36. *C. brachyurus*, thorace rugosissimo obtuso utrinque quadrilobo.

Habitat in India.

punctatus. 37. *C. brachyurus*, thorace obovato punctato: pollice tridentato.

Rumph. mus. t. 10. f. C. Brown. jam. t. 42. f. 3.

Habitat in Asia, America.

dorsipes. 38. *C. brachyurus*, thorace rugoso ovali: antice serrato ciliato, pedibus posticis dorsalis.

Rumph. mus. t. 10. f. 3. Pet. amb. t. 6. f. 2.

Habitat in India.

Symmys. 39. *C. subbrachyurus*, thorace subcylindrico ciliato-serrato, chelis cordatis, antennis ciliato-pilosis.

Habitat in Asia.

* f * MACROURI *parasitici*, *cauda setacea aphylla*.

Bernhardus. 40. *C. macrourus parasiticus*, *chelis cordatis lævibus*: sinistra majore.

Matth. dioisc. 230.

Aldr. exsangu. 218.

Rond. pisc. 1. p. 553.

Fonst. exsangu. t. 7. f. 6-12.

Bellon. aquat. 362.

Swammerd. bibl. t. 11. f. 1, 2.

Gesn. aquat. 161.

Habitat in Oceano Europæo, intra varias testas Concharum.

Chele margine anteriore versus basin barbata.

Diogenes. 41. *C. macrourus parasiticus*, *chelis muricatis*: dextra majore.

Brown. jam. 424. *Astacus maximus*, *cauda subnuda molli*, *chelis subverrucosis tuberculatis*: dextra majore.

Rumph. mus. t. 5. f. K. L.

Catesb. car. 2. t. 34.

Habitat in Oceano Asiatico, Americano, intra testas varias Concharum.

* g * *Macrouri thorace lævi*.

Gamma. 42. *C. macrourus*, *thorace lævi*, *rostro lateribus dentato*: basi supra dente duplici. *Fn. succ.* 1248.

It. westrogoth. 174.

Gesn. aquat. 91.

Mus. Ad. Fr. 87.

Aldr. exsangu. 112.

Matth. dioisc. 227.

Fonst. exsangu. t. 71.

Rond. pisc. 1. p. 538.

Habitat in Oceano imprimis Norvegico: in America septentrionali. Kalm.

Astacus. 43. *C. macrourus*, *thorace lævi*, *rostro lateribus dentato*: basi utrinque dente unico. *Fn. succ.* 1249.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 87.

Gesn. aquat. 104.

Ræf. ins. app. 1. t. 54, 55.

Aldr. exsangu. 129.

Matth. dioisc. 228.

Fonst. exsangu. t. 4. f. 1.

Rond. pisc. 2. p. 210.

Bellon. aquat. 355.

Habitat in Europæ lacubus, fluviis.

Carcinus. 44. *C. macrourus*, *thorace lævi*, *manibus teretiusculis*: brachiis hispido-aculeatis.

Sloan. jam. 2. p. 271. t. 245. f. 2. *Astacus fluviatilis major*, *chelis aculeatis.*

Habitat in Americæ fluviis.

- penna- 45. *C. macrourus*, thorace lævi cylindrico, rostro ensi-
ceus. formi: margine superiore serrato.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 87.
Habitat in Calidioribus regionibus.
- Squilla. 46. *C. macrourus*, thorace lævi, rostro supra serrato sub-
tus tridentato, manuum digitis æqualibus. *Fn. suec.*
1252.
Math. diosc. 229. *Rond. pisc. 549.*
Klein. dub. 35. f. A.
Habitat in M. Balthico, Oceano Europæo.
- Crangon. 47. *C. macrourus*, thorace lævi, rostro integerrimo, ma-
num pollice longiore. *Fn. suec. 1251.*
Habitat in M. Balthico.
- * h * *Macrouri thorace inæquali.*
- Carabus. 48. *C. macrourus*, thorace strigis imbricatis oblongiuscu-
lo antice ciliato, rostro bidentato mobili.
Habitat in M. Mediterraneo. E. Brander.
*Testa magnitudine extimi pollicis, supra laevis sed ru-
gis quasi imbricatis, margine antice denticulis ciliata.*
*Rostrium dentibus 2 parallelis mobilibus depressis. An-
tennae corpore longiores vilis ciliata. Chela latissi-
ma cordata antice pilis ciliata. Pedes unguibus fal-
catis. Cauda articulis 3 utrinque foliatis; extremo
articulo ovato parvo, basi utrinque pedibus 2 parvis
& subtus setis aliquot longissimis.*
- Cancharus. 49. *C. macrourus*, thorace rugoso ovali, manibus com-
pressis margine spinosis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
- * i * *Macrouri thorace aculeato.*
- pilosus. 50. *C. macrourus*, thorace cheilisque angulatis hispidis.
Mus. Ad. Fr. 87.
Habitat in Indiis.
- norvegi- 51. *C. macrourus*, thorace antrorsum aculeato, manibus
cus. prismaticis: angulis spinosis. *Fn. suec. 1247.*
It. scanic. 307.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 88.
Aldr. exsangu. 113. *Astacus mediæ magnitudinis prior.*
Habitat in Mari Norvegico.

* k * *Macrouri*, manibus adaëtylis, thorace oblongo.

Homa- 52. *C. macrourus*, thorace antrorsum aculeato, manibus
rus. adaëtylis.

Rumph. mus. t. 1. f. A. Pet. amb. t. 6. f. 1.

Habitat in Mari Asiatico.

Arctus. 53. *C. macrourus*, thorace subaculeato hirtio, manibus
adaëtylis.

• *Marcgr. bras. 186. Poliquiquyixc.*

Fonst. exsangu. t. 4 f. 3, 4, 8, 12.

Bærel. rar. t. 1288. f. 2.

Rumph. mus. t. 2. f. C. D.

Brown. jam. t. 41. f. 1.

Habitat in M. Europæ, Asiæ, Africæ, Americæ.

* l * *Macrouri* manibus adaëtylis, testa thoracis brevissima,
nec thoracem totum tegente.

Mantis. 54. *C. macrourus* articularis, manibus adaëtylis compres-
sis falcatis ferrato-dentatis. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 86.*

Rumph. mus. t. 3. f. E. C. Arenarius.

Marcgr. bras. 186. t. 187. Tamaruguacu.

Habitat in M. Asiatico, Indico, Mediterraneo.

*Thoracis testa membranacea. Pedes utrinque 3. Pol-
lex ferrato-dentatus, terminalis. Dactyli sub abdomi-
ne trium parium. Antennæ trifidæ: lamina ovata ad
oculos.*

Scylla- 55. *C. macrourus* articularis, manibus adaëtylis ventrico-
rus. fis rectis angulatis introrsum tridentatis. *Mus. Ad. Fr.*

1. p. 86. C. mirabilis.

Rumph. mus. t. 3. f. F. G.

Habitat in M. Asiatico.

*Statura precedentis. Thoracis testa latere postico emar-
ginata. Mucronum par pone pedes.*

Pulex. 56. *C. macrourus* articularis, manibus adaëtylis, cauda at-
tenuata spinis bifidis. *It. æl. 42, 96.*

Fn. suec. 1253.

Frisch. inf. 7. t. 18.

It. gotland. 260.

Raj. inf. 44. Pediculus fluviatilis.

Habitat ad Maris littora.

Locusta. 57. *C. macrourus articularis*, manibus adactylis, cauda attenuata spinis bifidis.

Fn. suec. 1254.

It. gotl. 260.

Res. inf. 3. t. 62.

Klein. miss. 5. t. 6. f. A. B. C.

Habitat in Europæ maritimis.

Salinus. 58. *C. macrourus articularis*, manibus adactylis, pedibus patentibus, cauda subulata.

Matii diar. britann. 1756.

Habitat in Angliæ Salinis Limingtonianis. D. Schlofferus.

Corpus pediculo majus, oblongum. Oculi distantes, laterales, pedunculati. Antennæ setaceæ, corpore breviores. Cauda filiformi-subulata, exserta, longitudine corporis. Pedes utrinque 10 patentes & quasi pinnatim digesti.

stagnalis. 59. *C. macrourus articularis*, manibus adactylis, pedibus patentibus, cauda cylindrica bifida.

Fn. suec. 1357.

Schæff. monogr. . . . *Apus.*

Habitat in Europæ aquis dulcibus, in fissuris rupium retentis.

240. MONOCULUS. *Pedes natatorii.*

Corpus crusta tectum.

Oculi approximati, testæ innati.

Polyphe-1. *M. testa plana convexa sutura luata, postice dentata, cauda subulata longissima.*

Clus. exot. t. 6. c. 4.

Fonst. exsangu. t. 7. f. 1, 2.

Olear. mus. t. 28. f. 1, 2.

Worm. mus. 249. t. 249.

Bont. jav. l. 5. c. 31.

Rumph. mus. 21. t. 12.

Schæff. monogr. 1756. t. 7.

Knorr. delic. t. F. 1.

Habitat in India.

foliace-2. *M. testa foliacea plana.*

us. Læfl. act. Ups. 1750. p. 42. t.

Frisch. inf. 6. p. 27. t. 12.

Habitat in Aquis dulcibus, stagnantibus Europæ.

- Apus. 3. M. testa subcompressa antice retusa postice truncata, cauda bifeta. *Fn. suec.* 1181.
Frisch. inf. 10. t. 1.
Act. angl. 40. p. 150. t. 1. f. 2.
Schaff. monogr. 1756. t. 1-6.
Habitat in Europæ fessis, piscinis.
- Pulex. 4. M. antennis dichotomis, cauda inflexa. *Fn. suec.* 1182.
Swamm. quart. 66. t. 1.
bibl. t. 31. f. 1, 2, 3.
Schaff. monogr. 1755. t. 1. f. 1-8.
Joblot. micr. 1. pp. 2. t. 13. f. P. Q. R.
Habitat ubique in aquis dulcibus, tanta saepe in copia, ut appareat sanguinea. Amœn. acad. 3. p. 320.
- Pediculus. 5. M. antennis dichotomis, cauda reflexa. *Fn. suec.* 1183.
Habitat in Europæ aquis dulcibus.
- quadri-cornis. 6. M. antennis quaternis, cauda recta bifida. *Fn. suec.* 1184.
Baker. micr. t. 9. f. 1, 2.
Blank. inf. 149. t. 13. f. B.
Joblot. micr. 1. pp. 2. t. 14. f. C. D.
De Geer act. Stockh. 1747. t. 6. f. 2.
Act. angl. abbrev. 2. p. 258. t. 20. f. 5. 6.
Rosf. inf. 3. t. 98. f. 1, 2, 4.
Habitat in Aquis Europæ.
Ovaria tanquam uvæ binæ petiolatæ adherent.
- concha-ceus. 7. M. antennis capillaribus multiplicibus, testa bivalvi.
Fn. suec. 1185.
Habitat in aquis dulcibus.
- lenticularis. 8. M. testa compressa lentiformi.
Habitat in Finlandia. Uddman.
Latitudo extimi articuli digiti.
- Telemus. 9. M. testa subglobosa postice tridentata, antice labio simo.
Habitat Algoriæ. E. Brander.
Testam solum vidi generis etiamnum dubii, figura fere seminis Ciceris; hæc subglobosa, pellucida, postice tridentata; dente intermedio acutiore; latus Testæ inferior minus gibbum; antice fissu est horizontaliter testa ultra medium; pars inferior antice longior in labium concavum, adscendens, obtusum; superior absque labio, antice gibba, transverse striata.

241. ONISCUS. *Pedes XIV.**Antennæ setaceæ.**Corpus ovale.*

- Afilus. 1. O. abdomine foliis duobus obtecto, cauda semiovali.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 88.
Bell. aquat. 443. Afilus s. œstrum.
Rond. pisc. 576. Pediculus marinus.
Habitat in Oceano.
- œstrum. 2. O. abdomine foliis sex obtecto, cauda retusa. *Mus.*
Reg. 89.
Marcgr. bras. 155. f. 3, 4. Animalculum crustaceum.
Habitat in Oceano.
- Pfora. 3. O. abdomine subtus nudo, cauda semiovali acuta.
Habitat in mari Norvegico. D. C. Solander.
Magnitudo precedentium. Thorax segmentis 7 æqualibus. Cauda segmentis quinque angustioribus, præter ultimum quod semiovale sed acutum. Antennæ $\frac{1}{2}$ totius longitudinis. Pedes XIV, quorum 6 primi antrorsum versi digito incurvo & affixi corpori articulo arcuato. Abdomen nudum. Cauda obtecta foliolis angustis non evidentibus.
Ovarium externe contra scabiem Specificum Norvegis. Solander.
- Physo- 4. O. abdomine subtus nudo, cauda ovata.
 des. *Habitat in Pelago.*
Corpus præter caput & caudam ultimam, ex 7 segmentis trunci, & 3 caudæ. Antennæ utrinque 2, breves. Caudæ folium terminale omnino ovatum; ad latera utrinque subtus auctum duobus petiolis diphyllis: foliolis lanceolatis, obtusis, cauda brevioribus: Caudæ articuli subtus obtecti numerosis vesiculis longitudine caudæ.
- Entom- 5. O. abdomine subtus nudo, cauda subulata. *Faun. suec.*
 mon. 1255.
Raj. inf. 43. Afellus marinus cornubiensis alius.
Klein. dub. 38. f. 1, 2. Entomon pyramidale.
Habitat in M. Balthico.
- Ceti. 6. O. ovalis: segmentis, excepto secundo, in medio interruptis. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 89.*

Martens. Spitzb. 85. t. Q. f. D. Pediculus ceti.
Seb. thes. 1. t. 90. f. 5. Pediculus ceti.
Habitat in Balænis.

marinus. 7. O. femicylindricus, cauda ovato-oblonga integra. *It. wgoth.* 190.
Habitat in Oceano Norvegico.

scopulo- 8. O. luteus strigis fuscis. *It. wgoth.* 190.
 rum. *Habitat in Oceano Norvegico.*

aquati- 9. O. cauda rotundata, stilis bifurcis. *Fn. suec.* 1258.
 cus. *Raj. inf.* 43.
Frisch. inf. 10. t. 5.
Habitat in Aquis puris.
Confer: Entomon hieroglyphicum. Klein. dub. f. 5,
sed maximum.

Afellus. 10. O. ovalis, cauda obtusa bifida. *Fn. suec.* 1257.
Matth. diose. 257.
Raj. inf. 41. n. 1.
Aldr. inf. 632.
Mouff. inf. 202.
Habitat in Domibus, Muris, Hybernaculis, lignis pu-
tridis.

Armadil- 11. O. ovalis, cauda obtusa integra. *Fn. suec.* 1256.
 lo. *It. gotl.* 298.
Raj. inf. 42. A. lividus.
Habitat in Europa sub lapidibus.
Pedes plures quam quatuordecim; Segmenta corporis 10,
præter caput & caudam.

242. SCOLOPENDRA. *Pedes numerosi, totidem ut-*
trinque quot corporis seg-
menta.

Antennæ fetaceæ.

Palpi duo, articulati.

Corpus depressum.

Lagura. 1. S. pedibus utrinque XII, corpore ovali, cauda peni-
 cillo albo. *Fn. suec.* 1264.

Act. gall. miss. 1. p. 532. t. 17. f. 4-10.

Habitat in Svecia sub museis.

coleop-
trata.

2. *S. pedibus utrinque XIV, thorace coleoptrato.*

Habitat in Hispania. D. Z. Hallman.

Antennae flavae, longitudine corporis. Corpus figura S. forficata, sed longius segmentis singulis tectis clypeolo seniorbiculato postice emarginato. Elytron simplex, tanquam ex duobus coadunatum, postice emarginatum, incipiens ad quartum segmentum corporis, tegens unum tantum alterumve segmentum. Alae sub elytro angustae simplices. Pedes 14 paribus, longitudine ferme corporis sparsi: Tibus flavis angustissimis.

forficata. 3. *S. pedibus utrinque XV. Fn. svec. 1263.*

Raj. inf. 45.

Mouff. inf. 199.

Aldr. inf. 635.

Habitat in Europa; in America septentrionali. Kalm.

gigantea. 4. *S. pedibus utrinque XVII.*

Brown. jam. 426. t. 42. f. 4. S. maxima pedibus 36.

Habitat in America.

Sequenti multo major, sed simillima.

morsif-
taus.

5. *S. pedibus utrinque XX. Amœn. acad. 1. p. 325, 506.*

Mus. Ad. Fr. 1. p. 89.

Seb. mus. 1. t. 81. f. 3, 4.

Olear. mus. t. 12. f. 5.

2. t. 25. f. 3, 4.

Pet. gaz. t. 13. f. 3.

Frisch. inf. 11. t. 2. f. 7.

Legwenh. epist. 102.

Catesb. car. 3. p. 2. t. 2.

Bradl. nat. t. 25. f. 4.

Habitat in Indiis.

Oculi utrinque quaterni. Articuli corporis 22, antennarum 20.

electrica. 6. *S. pedibus utrinque LXX. Fn. svec. 1261.*

Aldr. inf. 636. f. 8.

Frisch. inf. 11. t. 8. f. 1.

Raj. inf. 45.

Habitat in Europæ terra.

Lucet in tenebris manifeste.

phospho-
rea.

7. *S. pedibus utrinque LXXXVI.*

Habitat in Asia, noctu instar Lampyridis ignita ex alto cœlo decidua in navem, in mari indico & arabico, 100 milliaribus a continente. An alata uti 2?

Caput ovatum, flavescens, exaratum lineis 2 & una transversali. Corpus crassitie pennae passerinae, filiforme, digito longius, purpurascens, lineis duabus flavis parallelis, constans segmentis 72. Antennae articulis 14, subulatae, ferrugineae.

occidentalis. 8. S. pedibus utrinque CXXIII.

Habitat in America.

Corpus semipedale, ferrugineum, convexiusculum. Antennae articulis 14.

marina. 9. S. pedibus utrinque . . . , corpore pallido : linea dorsali
rufa *It. wgoib. 191.*

Habitat in Oceano Atlantico.

243. JULUS. *Pedes numerosi, duplo utrinque plures, quam corporis segmenta.*

Antennae moniliformes.

Palpi duo, articulati.

Corpus semicylindricum.

ovalis. 1. J. pedibus utrinque XX. *Chin. lagerstr. 36. f. 4.*

Habitat in Asia.

Segmenta corporis oblongo-ovalis 10, praeter thoracis & caudae.

crassus. 2. J. pedibus utrinque XCVI. *Chin. lagerstr. 35.*

Habitat in Asia.

terrestris. 3. J. pedibus utrinque C. *Fz. succ. 1260.*

Mouff. inf. 30.

Ry. inf. 46. n. 4.

Atar. inf. 636. f. 4.

Frisch. inf. 11. t. 8. f. 3.

Jenst. inf. t. 23.

Habitat in Europa sub terra.

indus. 4. J. pedibus utrinque CXV. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 90.*

Amoen. acad. 1. p. 324. Scolopendra pedibus 96.

Seb. mus. 1. t. 81. f. 5.

Habitat in Indiis.

- fabulo- 5. *J. pedibus utrinque CXX. En. swec. 1262.*
 fus. *It. gotl. 280.*
Raj. inf. 47.
Habitat in Europæ sabulosus.
- fuscus. 6. *J. pedibus utrinque CXXIV. Chin. lagerst. 34.*
Seb. mus. 2. t. 24. f. 4, 5.
Habitat in Indiis.
Segmenta corporis 62, præter thoracis & caudæ.
- maximus. 7. *J. pedibus utrinque CXXXIV.*
Marcgr. bras. 255. Vermis terrestris.
Habitat in America.
Segmenta corporis 67, præter thoracis & caudæ.

Animadverti immensum opus DEI,
 non posse hominem assequi
 quamvis laboriose quærat.
Eccles.

CLASSIS VI.

VERMES.

TARDIGRADA, mollia, pudentia, vivacissima, redintegranda, humidi Animantia, *acephala*, *apoda*, *androgyna*, *Tentaculis* dignoscenda.

IMPERFECTA veteribus, nec inepte, dicta animantia, destituuntur Capite, Auribus, Naso, Oculis pleraque (a), Pedibus, Pulmonibus, ab Insectis itaque diversissima, a quibus dudum removi naturæ cryptogama, sunt: *Intestina*, *Mollusca*, *Testacea*, *Lithophyta*, *Zoophyta*.

INTESTINA terrena quondam dicta, ob summam simplicitatem corporis, terebrant omnia; perforat *Gordius* Argillam, ut aqua trauct, *Lumbricus* Humum, ne situ corrumpatur; *Myxine* Cadavera, ut liquescant; *Furia* Animalia, ut occidantur; *Teredo* Ligna, ut destruantur; quemadmodum *Pholades*, & *Mytili Lithophagi* Petras, ut solvantur.

MOLLUSCA nuda, brachiata, vagantur pleraque per maria, cælo resplendentia, tanquam totidem lucernis tenebricosum illuminant abyssum Phosphoræ, ut quod est inferius, sit tanquam superius.

TESTACEA mollusca domiporta, calcareaque domuncula nobilitata, calcifica, & ipsa sæpe calcivora, insectis opposita, specierum numero, magna Naturæ ludentis varietate, multiplicata (b) TESTAS polydædalas Conchyliorum pariunt,

S s

- (a) Vermium genus omne oculis caret; Plin. nisi forte *Sepia ejusque Cymbium*. *Limaces* videntur etiam oculis instructi, modo veri sint oculi, a nostris certe diversi.
- (b) Plin. IX: 33. Tot Colorum differentia, tot Figuræ plantis, concavis, longis, lunatis, in orbem circumactis, dimidio orbe cæcis, in dorsum elatis, lævis, rugatis, denticulatis, striatis, vertice muricatum intorto, margine in macronem emissis, foris effuso, intus replicato; jam distinctione virgularum, crinita, crispata, cavicularum, pectinatis, imbricatum undata, cancellatum reticulata; in obliquum, in ressum expansa, densata, porrecta, sinuata, brevi nodo ligatis, toto latere connexis, ad planam apertis, ad buccinum recurvis: vide explanationem Bonanni; Kleinii.

rium, æque attente legit summa sapientia, ac care emit erudita luxuria, a quisquiliis (c), ad Ammirales, Scallaresve, Margaritis (d) suis pretiosiores, quas Artificum politura vitando nobilitat, ut pulchrius pateat in Tritonis COCHLEIS vividis ad *Umbilicum*, *Apertura* cum *Labro* exteriori interioreve, sæpe dentato ad *Columellam*, circa quam *Spiræ Anfractûs* læves, suicati, striati, angulati, nodosi, aculeati, spinosi, frondosi usque in *Macronem* apicis; & ut intueatur in Veneris CONCHIS vividis lectis, testarum nativa paria, determinatam figuram, valvulas (sinistram & dextram) æquales l. inæquales, æquilateres l. inæquilateres; inferius dentatos *Cardines* inter *Nates* umbonum, posterius *Ani* impressuram, anterius *Vulvæ* rimam, *Labiis Nymphisque* conuiventem, *Hymene* obtectam, exterius *Marginis* ambitum. Meretur imprimis inquirere in fossilium hodie deperditorum protypa, imprimis *Anomiarum*, abyssi cimelia, cum alia sint *Terrestria*, *Lacustria*, *Littorea*, *Maritima*, *Pelagia* alia.

LITHOPHYTA Mollusca, animalcula composita testarum, Testisque innixa. *Corallia* hæc prisca plantas æris contactu lapidescentes judicabant, sed recentioribus etiam ex suo femine Lapides germinare, imprimis ob calcaream horum indolem visa, usque dum *Marsiglii* diligentia extraxerat e mari *Corallia* vegetantia floribus hexandris hexapetalis, a contactu æris se contrahentibus, inque aqua denuo expandendis; at eadem tempestate *Peyssonellus* *Corallia* ex animalculis fabricari, ultra seculum post eandem apud sapientiores indos ratam sententiam (e), primum vidit vix audiendus, nisi *Trembleas* Hydras omnium admiratione detexisset, & ad littora curiosos allicuisset, quo via per *Ellisi* Sertularias ad *Corallia* aperta fuit.

ZOO-

(c) Speculatie-gods vulgo.

(d) Margaritarum dos in Canlore, Magnitudine, Orbe, Lævore, Pondere, Plin. IX: 35. Pretiosissima Cleopatra Antonio exposito. ibid.

(e) Kumph. mus. 172. ad tab. 16. F.

ZOOPHYTA composita Animalcula, in bivio Animalium Vegetabiliumque constituta, *radicata* pleraque *caulescunt* multiplicata vita *ramis*, *geminis* cæduis, metamorphosique *florum* animantium, sponte sese moventium, in *capsulas seminiferas* transeuntium; ac si Plantæ essent Zoophyta, sensu motuque destituta; & Zoophyta veræ plantæ, sed systemate nerveo, sensus motusque organo, instructæ; *equidem his inesse sensum, que nec animalium, nec fruticum, sed tertiam ex utroque naturam habent.* Plin.

AUCTORES Vermium pretiosi: INTESTINORUM vix ulli; MOLLUSCORUM pauci; TESTACEORUM primarii: sobrius *Bonannus*, ditissimus *Listerus*, solidissimus *Rumphius*, curiosissimus *Petiverius*, absolutissimus *Gualtierus*, nitidissimus *Argenville*, omniumque pulcherrimus *Kratzensteinii Regensfusius* (f), nec non *Columna*, *Barrelierus*, *Plancus*, *Kleinus*, alii. LITHOPHYTORUM Comes *Marsiglius*, oculatus *Donatus*. ZOOPHYTORUM *lynceus Ellisus*.

Mihi contuenti sese persuasit rerum Natura, nihil incredibile existimare de ea.

Plin. XI: 3.

(f) Regensfusi operis auctore Cl. Kratzensteinio vidi tantum tabulam XII primam, dum hæc edo, nec quidquam pulcherrim.

GENERUM Characteres.

I. INTESTINA Animalia simplicia, nuda, artubus destituta.

244. GORDIUS *Corpus* filiforme, æquale, læve.
 245. FURIA *Corpus* filiforme, æquale aculeis distichis reflexis.
 246. LUMBRICUS *Corpus* teres, annulatum.
 247. ASCARIS *Corpus* teres, æquale, utrinque attenuatum.
 248. FASCIOLA *Corpus* planiusculum: apertura terminali ventralique.
 249. HIRUDO *Corpus* ore candaque orbiculo dilatabili.
 250. MYXINE *Corpus* carinatum, ore maxilloso tentaculato.
 251. TEREDO *Corpus* teres, ore tentaculato maxillisque hemisphæricis.

II. MOLLUSCA. Animalia simplicia, nuda, artubus instructa.

252. LIMAX *Corpus* repens, antice Tentaculis 4, foramineque laterali.
 253. DORIS *Corpus* repens, antice Tentaculis 8.
 254. TETHYS *Corpus* bilabiatum, apice foraminibus 2, Tentaculis 2.
 255. NEREIS *Corpus* repens, lineare; Tentaculis distiche pedatum.
 256. APHRODITA *Corpus* repens, ovale, tentaculis distiche pedatum.
 257. LERNEA *Corpus* affixum ore, appendiculatum, brachiatum Tentaculis 2.
 258. PRIAPUS *Corpus* affixum basi, ore terminali.
 259. SCYLLEA *Corpus* natans, compressum, pedatum, tentaculis 6.
 260. HOLOTHURIA *Corpus* natans, apice Tentaculis pendulis.
 261. TRITON *Corpus* pedatum, Tentaculis XVI: posticis 6 cheliformibus.
 262. SEPIA *Corpus* natans, carnosum, ore supra cincto brachiis 6.
 263. MEDUSA *Corpus* natans, gelatinosum, ore subtus centrali.
 264. ASTERIAS *Corpus* vagum, coriaceum, Tentaculis muricatum, ore subtus 5-valvi.
 265. ECHINUS *Corpus* vagum, crustaceum, aculeatum, ore subtus 5-valvi.

III. TE-

III. TESTACEA Mollusca simplicia, domo calcarea obteeta,

* *Multivalvia.*

266. CHITON *Testis* pluribus, dorsalis, ordine longitudinali.
 267. LEPAS *Testa* multivalvi, inæquivalvi, sessili.

* * *Bivalvia CONCHÆ.*

268. PHOLAS *Testa Cardine* recurvato.
 269. MYES *T. Cardinis* Dente crasso, vacuo.
 270. SOLEN *T. Card.* Dente acuminato, vacuo.
 271. TELLINA *T. Card.* Dentibus: lateralibus alterius vacuis.
 272. CARDIUM *T. Card.* Dentibus lateralibus remotis penetrantibus.
 273. DONAX *T. Card.* Dentibus: laterali remoto vacuo.
 274. VENUS *T. Card.* Dentibus approximatis, divaricatis.
 275. SPONDYLUS *T. Card.* Dentibus 2 foraminulo intermedio.
 276. CHAMA *T. Card.* dentibus 2, obliquis, obtusis.
 277. ARCA *T. Card.* Dentibus numerosis, penetrantibus.
 278. OSTREA *T. Cardine* edentulo, scrobiculo ovato.
 279. ANOMIA *T. Card.* edentulo, lineari, marginali.
 280. MYTILUS *T. Card.* edentulo, subulato, distincto.
 281. PINNA *T. Card.* edentulo, coalito.

* * * *Univalvia Spiralia COCHLEÆ.*

282. ARGONAUTA *Testa uniloculari* Animali Sepia.
 283. NAUTILUS *T. Polythalamia* foramine communicante.
 284. CONUS *T. Apertura* effusa, lineari, edentula.
 285. CYPRÆA *T. Apertura* effusa, utrinque dentata.
 286. BULLA *T. Apertura* subeffusa, obliquata.
 287. VOLUTA *T. Apertura* effusa, columella plicata.
 288. BUCCINUM *T. Apertura* canaliculo dextro.
 289. STROMBUS *T. Apertura* canaliculo sinistro.
 290. MUREX *T. Apertura* canaliculo recto.
 291. TROCHUS *T. Apertura* coarctata, subtetragona.
 292. TURBO *T. Apertura* coarctata, orbiculari.
 293. HELIX *T. Apertura* coarctata, lunari.
 294. NERITA *T. Apertura* coarctata femiorbiculari.
 295. HALIOTIS *T. Apertura* labro dilatato pertuso.

* * * * *Univalvia absque spira regulari.*

296. PATELLA *Testa* conico-patente.
 297. DENTALIUM *T. libera* subulata utrinque aperta.
 298. SERPULA *T. adnata*, tubulosa, inferne clausa.

IV. LITHOPHYTA Mollusca composita, basin solidam ædificantia.

299. TUBIPORA *Corallium* tubis cylindricis.
 300. MILLEPORA *Corallium* tubis obconicis teretibus.
 301. MADREPORA *Corallium* tubis stellatis.

V. ZOOPHYTA Plantæ vegetantes floribus animatis.

302. ISIS *Stirps* radicata, lapidea, nuda, geniculis corneis.
 303. GORGONIA *Stirps* radicata, cornea, crustata, continua.
 304. ALCYONIUM *Stirps* stuposa, corticata, continua.
 305. TUBULARIA *Stirps* fistulosa, tunicata, subgeniculata.
 306. ESGHARA *Stirps* papyracea, nuda, porosa.
 307. CORALLINA *Stirps* fibrosa, crustata, articulata: articulis multifloris.
 308. SERTULARIA *Stirps* fibrosa, nuda, articulata: articulis unifloris.
 309. HYDRA *Stirps* subradicata, gelatinosa, apice florifera.
 310. PENNATULA *Stirps* libera, pennata, basi ore instructa.
 311. TÆNIA *Stirps* libera, moniliformis, articulata.
 312. VOLVOX *Stirps* libera, globosa, sobole nidulante.

I. INTESTINA.

Animalia simplicia absque artubus, nuda, libera.

244. GORDIUS. *Corpus* filiforme, æquale, læve.

aquati- 1. *G. pallidus*, capite caudaque nigris. *Fn. suec.* 1265.
cus. *It. gottl.* 282. Gordius.

Gesn. aquat. 463. Vitulus aquaticus.

Aldr. insect. 720. t. 765. Seta f. Vitulus aquaticus.

Fonst. inf. t. 25. Meerwijn.

Habitat in Argilla & Aquis.

argilla- 2. *G. flavescens*, extremitatibus concoloribus.

ceus. *Habitat intra Argillam.*

Major, nec caput ita distinctum, & cauda acutior.

medinen- 3. *G. totus pallidus*. †

sis. *Sloan. jam.* 2. p. 190. t. 233. f. 1. Vena medini.

Kempf. amœn. 524. Dracunculus perfarum.

Velsch. Vena medinensis monographia.

Habitat in Indiis, corpus humanum tranans.

An a prioribus vere distinctus?

245. FURIA. *Corpus* filiforme, continuum, æquale.
utrinque ciliatum: aculeis reflexis
corpori appressis.

inferna- 1. FURIA. *D. C. Solander. Act. Ups. mss.*

lis. *Amœn. acad.* 3. p. 322.

Habitat in Botniæ Sveciæ septentrionalis paludosis.

*Pessima omnium, ex æthere decidua in corpora anima-
lium, ea momento citius penetrat, intra horæ quadran-
tem dolore atrocissimo occidit.*

246. LUMBRICUS. *Corpus* teres, annulatum, lon-
gitudinaliter exasperatum, po-
ro laterali.

terrestris. 1. *L. trifariam retrorsum aculeatus.*

Fn. suec. 1271. Lumbricus lævis.

Raj. inf. 2. Lumbricus terrestris minor,

Aldr. inf. 693. Lumbricus terrestris.

Red. exp. quart. t. 15. f. 1.

Stoan. jam. 2. p. 189. Lumbricus terrestris minor rubicundus.

β. *Raj. inf.* 1. Lumbricus major.

γ. *Raj. inf.* 2. Lumbricus intestinorum teres.

Vallisn. nat. 1. t. 3. Lumbricus humanus.

Habitat in Humo; ascendit noctu.

Corpus annulis circiter centum constans, annuloque majore cartilagineo cinctum, trifariam retrorsum aculeatum; quarto latere mermi.

Majorem β. a minore α. vix diversum crederem, at intestinalem γ eandem esse e numero annulorum & aculeis observavi.

marinus. 2. L. papillis dorsalibus geminatis barbatis. *It. wgot.* 189.

t. 3. f. 6. *It. scan.* 315.

Bell. aqv. 444. Lumbricus marinus.

Habitat in fundo Maris sub arena.

247. ASCARIS. Corpus teres, filiforme, continuum, utraque extremitate attenuatum.

vermicu-1. A. pollicaris. *Fn. suec.* 1269.

laris.

Habitat in Paludibus, in Radicibus plantarum putrescentibus, in Intestinis Puerorum & Equi.

lumbri- 2. A. spithamea.

coides.

Habitat in Intestinis Humanis.

Spithama & ultra, cum Lumbricis confunditur.

248. FASCIOLA. Corpus planiusculum, poro terminali ventralique.

hepatica. 1. F. ovata. *It. gottl.* 182. 250. *Fn. suec.* 1274.

Amoen. acad. 2. p. 86. Limax ovatus lividus margine acuto.

Rœs. app. 1. p. 199. t. 32. f. 5.

Schæff. monogr. 1753. f. 1-17.

Habitat in aquis dulcibus ad radices lapidum, inque Hepate Pecorum. Diss. de Oviis.

Magnitudo seminis Peponis. Corpus ovatum, antrorsum acuminatum cum poro; in medio macula oblonga albida, a qua versus utramque extremitatem linea pallida extenditur; in latere inferiore, ubi corpus coarctatur versus os, alter porus est.

intestina- 2. F. linearis longa. *Amœn. acad. 2. p. 71. Syst. nat. 6.*
 lis. *p. 70. t. 6. f. 1. Act. Stockh. 1747. t. 5. f. 6.*
Plater. prax. 993. Ligula intestinorum.
Habitat in Intestinis Piscium.

249. HIRUDO. Corpus oblongum, ore caudaque in orbiculum expandendis se promovens.

sanguifusa- 1. H. depressa fusca: margine laterali flavo. *Faun. suec.*
 ga. 1272.
Bergm. act. Stockh. 1757. n. 4. f. 3, 4.
Raj. inf. 3. Hirudo maxime vulgaris.
Habitat in Aquis dulcibus.

medicinalis. 2. H. depressa fusca: lineis flavis dorsalibus sex: inter-
 mediis immaculatis, subtus cinerea nigro maculata.
Bergm. act. Stockh. 1757. n. 4. f. 1, 2.
Raj. inf. 3. Hirudo medicinalis.
Habitat in Aquis dulcibus.
Vena sector, imprimis Hemorrhoidum.

oëtoculata. 3. H. depressa fusca: punctis octo nigris supra os. *Berg-*
man act. Stockh. 1756. p. 199. & 1757. n. 4. f.
5-8.
Faun. suec. 1273. Hirudo depressa nigra, abdomine subcinereo.
Fn. suec. 725. Coccus aquaticus.
Habitat in Aquis dulcibus.
Ovum planiusculum, ovatum, compositum, est Coccus aquaticus. Fn. suec. 725.

stagnalis. 4. H. depressa nigra, abdomine subcinereo.
Bergm. act. Stockh. 1757. n. 4. f. 9-11. Hirudo bioculata.

- Habitat in Aquis dulcibus.*
Alumne dulcis aqua pelluntur sale in piscinis & corpore; intus hæmoptysin causantur.
- complanata. 5. H. depressa ovato - oblonga : interaneis fuscis pinnatis pellucetibus.
Bergm. Act. Stockh. 1757. n. 4. f. 12-14. H. sexoculata.
Habitat in Aquis dulcibus.
Interanea pulchre pinnata pellucet.
- indica. 6. H. depressa fusca, striis transversis submuricatis centum.
Habitat in Indiæ marinis.
Corpus valde depressum: striis annularibus expansis elevatis. Os admodum dilatatum.
- geometra. 7. H. teres, extremitatibus dilatatis. *Fn. suec. 1275.*
Frisch. inf. 6. p. 25. t. 11. Hirudo ore caudaque ampla.
Roes. app. t. 32. f. 1-4.
Habitat in Aquis dulcibus.
- muricata. 8. H. teres, corpore verrucoso.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 93. t. 8. f. 3. Hirudo muricata.
Habitat in Mari Atlantico.

250. MYXINE. *Corpus teres, subtus carinatum pinna adiposa.*

Oculi nulli.

Os terminale, cirrosum: Maxillæ duæ transversæ ex Dentibus plurimis, acutis, in fauce. Dens superior solitarius, acutus.

- glutinosa. 1. MYXINE. *Mus. Ad. Fr. 1. p. 91. t. 8. f. 4.*
Will. icht. 107. Raj. pisc. 36. Lampetra cæca, oculis carens.
Habitat in Oceano.
Intrat & devorat Pisces; aquam in gluten mutat.

251. TEREDO. *Corpus filiforme.**Maxillæ* oris 2 hemisphæricæ.*Præputium* intra maxillas rotundum, ciliatum.*Sipho* intra præputium.*Tentacula* ad os plerumquæ 8.

lapida. 1. T. intra lapides.

Kähler ad *Stockb.* 1754. p. 144. t. 3. f. A-F.*Habitat* ad Italiæ littora.*Corpus filiforme.* *Tentacula* 8 *circiter circum caput,*
4 ad os.navalis. 2. T. intra lignum testa flexuosa. *Faun. suec.* 1329.*Carlson.* nat. 2 t. 4.*Selli* *Tered.* t. 1.*Pinnæ* *conch.* 17. n. 2.*Habitat* intra Naves & palos marinos, *Calamitas Navium,* ex indiis propagata.Animal filiforme, molluscum, apodum. *Maxillæ* 2 calcareæ, hemisphæricæ, excisæ antice, subtus angulo recto & obtuso. Intra hos, *Præputium* rotundum labio superiore aducto, intra quod *Sipho* peltatus; obducit labyrinthos suos *Testacea tunica,* sed non a ligno distincta, ideoque ad nuda intestina potius quam ad testacea pertinere visa est.*Monographia:* *Selli* historia *Teredinis.* *Traject.* 1733.
4:to.

II. MOLLUSCA.

Animalia simplicia, nuda, artubus instructa, libera.

252. LIMAX. *Corpus oblongum, subtus disco plano se promovens.*
Foramen ad latus, per quod genitalia & excrementa emittuntur.
Tentacula supra os quatuor.

- ater. 1. L. ater. *Faun. suec. 1276.*
List. angl. 131. Limax ater.
Gesn. aquat. 254. Cochlea nuda 3 tota nigra.
Aldr. inf. 702. Limax tota nigra.
Habitat in Nemoribus & Lucis umbrosis.
- rufus. 2. L. subrufus. *Fa. suec. 1277.*
Aldr. inf. 702. Limax magna, colore rufo.
List. angl. app. 6. p. 1. Limax 4 subrufus montanus.
Habitat ad Montium radices.
- maximus. 3. L. cinereus maculatus. *It. œl. 61. Fa. suec. 1278.*
List. angl. app. 1. f. 2. Limax cinereus maximus striatus & maculatus.
Habitat in sylvis frondosis umbrosis.
- agrestis. 4. L. cinereus immaculatus. *Fa. suec. 1279.*
List. angl. 130. Limax cinereus parvus immaculatus pratensis.
Blank. inf. 151. t. 13. f. X.
Habitat in Agris, Hortis, Pratis.
Autumno Secale recenter satum depascitur.
- flavus. 5. L. flavus maculatus. *Faun. suec. 1280.*
List. exercit. anat. 1. t. 1. Limax succini colore, albidis maculis insignitus.
Habitat inter Plantas.

253. DORIS. *Corpus* oblongum, subtus planum,
Tentacula ad os circiter octo.

verruco- i. DORIS corpore supra tuberculato.

fā. *Rumph. mus.* 38. *Limax* marina verrucosa.

Seb. mus. 2. t. 61. f. 5. *Mitella* verrucosa.

Habitat in Oceano.

Corpus oblongum, semicylindricum, convexum, extremitatibus rotundatis, supra verrucosum. *Margo* lateralis deflexus.

Pes ut in *Limace*, ovalis, oblongus margine plano. *Os* tentaculis brevissimis, circiter octo.

254. TETHYS. *Corpus* oblongum, bilabiatum: corpusculo medio cartilagineo oblongo.

Tentacula duo, cuneiformia.

Foramina duo, spirantia.

limacina. i. T. auriculis quatuor.

Habitat in Oceano Australi.

Corpus oblongum, antice quasi 4 auriculis acutis instructum.

leporina. 2. T. corpore rubro, margine membranaceo, auriculis duabus.

Rend. pisc. 1. p. 520. *Lepus* marinus.

Bell. aquat. 437. *Lepus* marinus.

Gejn. aquat. 475. *Lepus* marinus.

Alar. exsangu. 78. *Lepus* marinus 1.

Habitat in M. Mediterraneo.

Conf. Column. aqu. t. 26. f. 2, 3.

255. NEREIS. *Corpus* oblongum, lineare, segmentis annularibus.

Tentacula lateralia, ad singulum segmentum utrinque solitaria.

Os terminale: unguibus duobus, arcuatis, oppositis.

lacustris. 1. *N. linearis*, lingua exserta.

Trembl. polyp. t. 6. f. 1.

Rœf. inf. suppl. polyp. t. 79. f. 1. & t. 78. f. 16. 17.

Habitat in Aquis dulcibus.

cærulea. 2. *N. glabra cærulescens.*

Mus. Ad. Fr. 1. p. 93. Nereis tentaculorum 184 paribus.

Chinens. Lagerstr. 38. Nereis cærulea.

Seb. mus. 1. p. 132. t. 82. f. 3.

Brown. jam. 395. t. 39. f. 1. Nereis tentaculis capitibus tripartitis, corporis pluribus penicilliformibus, duplici serie ad latera positis.

Habitat in Oceano.

gigantea. 3. *N. tentaculorum fasciculis triplici ordine.*

Seb. mus. 1. t. 81. f. 7. Millepoda marina ambonensis.

Habitat in M. Indico.

pelagica. 4. *N. segmentis annularibus XL, subtus fulcata.*

Habitat in Pelago.

Os unguium pari ad apicem. Supra Caput 2 tubercula prominula. Inter tubercula cirri 2, & ab utroque latere cirri 4. Corpus filiforme, subtus sulco longitudinali. Segmenta 44 circiter, cum totidem paribus pediformibus & tentaculis & setis compositis.

noctiluca. 5. *N. segmentis XXIII annularibus.*

ca.

Amœn. acad. 3. p. 203. t. 3. Noctiluca marina.

Griß. vened. quart. Scolopendre marine luisante.

Vianelli monogr. Luccioletta dell' aqua marina.

Habitat in omni facile mari, aquas ignitas quasi redens ipsa præ parvitate nudis oculis inconspicua.

256. APHRODITA. *Corpus* ovale, utrinque pedibus pluribus fasciculo fetaceo.
Tentacula oris 2, bipartita.

squamata. 1. A. oblonga, dorso squamato laevi.

Habitat in Pelago.

Corpus oblongiusculum, tectum squamis 12, ovatis, latere exteriore affixis. Pedes 24 parium, unguiculati, brevissimi. Tentacula 2, brevissima, bipartita. Os foramine involutum. Cauda setis aliquot brevibus terminata.

aculeata. 2. A. ovalis hirsuta aculeata.

Faun. suec. 1284. Amœn. acad. 1. p. 326. Mus. Ad.

Fr. 1. p. 93. Aphrodita nitens.

Barthol. act. 3. p. 88. t. 88. Vermis aureus.

Barrel. rar. 131. t. 1284.

Swamm. bibl. t. 10. f. 8. 14.

β. Seb. mus. 1. t. 90. f. 1.

Habitat in Oceano.

257. LERNÆA. *Corpus* oblongum, teretiusculum.
Ovaria bina tanquam caudæ.
Tentacula, quasi 2 brachia.

cyprina- 1. L. corpore obclavato, thorace cylindrico bifurco, brachiiis apice lunatis.

Faun. suec. 1282. t. 2. f. . . Lernæa tentaculis quatuor: duobus apice lunatis.

Habitat in Cyprinis Caralliis, frequens in piscinis.

asellina. 2. L. corpore lunato, thorace cordato.

It. wgoth. 171. t. 3. f. 4. Lernæa cauda duplici tereti.

Habitat in branchiis Gadi, adeoque in mari.

salmonea. 3. L. corpore obovato, thorace obcordato, brachiis duobus linearibus confertis.

Brander piscat. cumoens. 25. t. 1. f. 1.

Act. Stockb. 1751. p. 185. t. 6. f. 1-5. Pediculus salmonis.

Habitat in branchiis salmonum, ergo etiam marina.

Thorax *obcordatus*, apice *desinens in os bilabiatum*, acutiusculum: labio superiore emarginato; inferiore bifido. Ad basin thoracis Brachia 2 filiformia longitudine corporis, apice coeuntia & affixa præda. Apici abdominis adhaerent Ovaria duo, cylindrica, granulata, longitudine totius animalis.

258. PRIAPUS. Corpus oblongum, teres, basi affixum.

Os terminale dentibus incurvis: rostro cylindrico radiato.

equinus. 1. P. semiovalis læviusculus.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 93. Tethys semiovatus. *

Habitat in oceano Europæo.

humanus. 2. P. cylindricus striis annularibus, glande striis longitudinalibus elevatis. Chin. Lagerstr. 30. n. 42. *

Habitat in Mari Indico.

259. SCYLLÆA. Corpus compressum, oblongum, dorso canaliculato; Brachiis subtrus trium parium obtusis.

Os foramine edentulo terminali.

pelagica. 1. SCYLLÆA.

Mus. Ad. Fr. 1. p. 56. Lepus pelagicus.

Osb. iter. 306. Zoopterygius.

Seb. mus. 1. t. 74. f. 7.

Habitat in Pelagi Fuco natante.

Corpus oblongum, compressum, molluscum. Os apice tenuiore perforato, edentulo. Dorsum longitudinaliter canaliculatam fossula crenata, qua Fuco affigitur quiescens. Postica corporis pars obtusa, latior. Brachia 3 parium: primum sub ore, minus, rotundius; secundum sub medio corporis, foliaceum, oblongum, repandum, obtusius, intus papillis adpersum; tertium versus posteriora, simile primo pari.

260. HOLOTHURIA. *Corpus* gibbum, nudum, ovale, natans.

Tentacula sæpius ad alteram extremitatem, inæqualia numero & figura.

Physalis. 1. *H. cirris* difformibus.

Rumph. mus. 49. Holothuria.

Sloax. jam. 1. p. 7. t. 4. f. 5. *Urtica marina* soluta purpurea oblonga, cirris longissimis.

Chin. lagerstr. 40. f. 6.

Brown. jam. 386. *Arethusa* crista subrubella venosa.

Osb. iter. 284. t. 12. f. 1. *Physalis* pelagica.

Habitat in Pelago.

Corpus ovatum, subtrigonum, hyalinum. *Dorsum* acutum, obscure viride, unde nervi excurrunt plurimi, antice rufescens. *Rostrum* spirale, rufescens, ad apicem crassiore. *Tentacula* sub apice crassiore plurima, inæqualia: horum breviora teretia, crassiora; media capillaria, apice luteo-glebosa, reliqua filiformia, longiora: quorum intermedium crassius & duplo longius.

Thalia. 2. *H. crista* compressa lineis lateralibus integris. †

Brown. jam. 384. t. 43. f. 3. *Thalia* oblonga, crista perpendiculari compressa quadrata, lineis lateralibus integris.

Habitat in Pelago Americano.

caudata. 3. *H. caudata*, crista depressa: lineis lateralibus interruptis. †

Brown. jam. 384. t. 43. f. 4. *Thalia* oblonga caudata, crista depressa rotundata: lineis lateralibus interruptis.

Habitat in Pelago.

denudata. 4. *H. destituta* crista caudaque. †

Brown. jam. 384. *Thalia* oblonga, lineis interruptis cauda & crista destitutis.

Pis. bras. 296. *Mouciçu.*

Habitat in Pelago Americano.

261. TRITON. *Corpus* oblongum.
Os lingua involuta, spirali.
Tentacula XVI: utrinque 6: posticis cheliferis.

littoreus. 1. TRITON.

Habitat in foraminibus Rupium submarinarum.

262. SEPIA. *Brachia* sex interius adpersa cotyledonibus (præter 2 *Tentacula* longiora quibusdam).
Os inter brachia, terminale.
Oculi ? infra tentacula versus corpus.
Corpus vagina excipiens pectus.

Octopodia. 1. S. corpore ecaudato, tentaculis nullis. *Mus. Ad. Fr.*
 1. p. 94. *

Hasselqv. act. nps. 1750. p. 33. Octopodia.

Bell. aqu. 330. t. 331.

Rond. pisc. 513. Polypus octopus.

Fonst. exsangu. 5. t. 1. f. 1. Polypus.

Habitat in Mari Mediterraneo.

In cibo apponi debet rubens ex suo condimento, quod coctione addito nitro in rubrum vertitur. Lister. Aperto tantus effulsit splendor, ut remota tempore vespertino candela, totum palatium ardere videretur. Barthol. act. 5. obs. 109.

officina- 2. S. corpore ecaudato marginato, tentaculis duobus. *Mus.*
 lis. *Ad. Fr. 1. p. 93.*

*Faun. suec. 1281. Amœn. acad. 1. p. 325. * Sepia.*

Gesn. aqu. 851.

Aldr. exsangu. 44.

Bell. aquat. 336.

Rond. aqu. 1. p. 498.

Olear. mus. 97.

Habitat in Oceano.

Continet os officinale & atramentum quo se occultat; eo literæ pinguntur. Congros ejus brachia rodere, sed renasci, sicut Lacertis caudam, haud falsum. Plin. IX: 29.

- media. 3. S. corpore depresso caudato-ancipiti.
Rond. pisc. 508. Loligo parva.
Habitat in Pelago.
Similis Sepiæ officinali, sed latera membrana caeca, quæ
membrana affigitur tantum lateribus ad dimidium,
nec longitudinalis est.
- Loligo. 4. S. corpore subcylindrico fubulato, cauda ancipiti-rhom-
 bea.
Needham. microsc. 1. t. 12. Olear. mus. 44. t. 26. f. 2.
Bell. aqu. 339. Rond. pisc. 506. Loligo.
Osbeck. iter. 66. Sepia Loligo.
Habitat in Pelago.
Aqua infuscata effuso atramento absconditur & cauda
extra aquam exsilit.
- Sepiola. 5. S. corpore postice alis duabus subrotundis. †
Rond. pisc. 519. Foss. aquat. t. 1. f. 8. Sepiola.
Habitat in M. Mediterraneo.
Parva, ad postica corporis utrinque alam s. auriculam
rotundatam habet.
263. MEDUSA. Corpus gelatinosum, orbiculatum,
 depressum.
 Os subtus, centrale.
- Porpita. 1. M. orbicularis supra plana; subtus convexiuscula fulca-
 ta villosa.
Chin. lagerstr. 43. f. 7, 8.
Mus. Tessin. 96. Medusa parva figura porpitiæ.
Act. angl. 301. p. 2051. Animalcula ex Yvica maris
Mediterranei.
Habitat in India.
- cruciata. 2. M. orbicularis, cruce alba.
Habitat in Oceano Europæo.
- æquorea. 3. M. orbicularis planiuscula, margine inflexo villoso ten-
 taculato. Læfl. †
Habitat in Pelago.

Medusa nostru vocatur; vis pruritu mordax; contrahit se rigens ac præternatante pi-
 sciculo frondem suam spargit, complectensque devorat; ori ei in radice esse, ex-
 crementa per summa reddi. Plin. IX; 45.

- aurita. 4. *M. orbicularis* subtus quatuor cavitatibus.
Fn. svec. 1287. *It. æl.* 160. *It. wgot.* 172. t. 3. f. 2.
Kalm. it. 2. p. 109.
Habitat in Mari Balthico, Oceano.
- capillata. 5. *M. orbicularis* convexa, margine sedecies emarginato;
 subtus pilosa.
Faun. svec. 1286. *It. wgot.* 172. t. 3. f. 3.
Habitat in Oceano septentrionali.
- pilcaris. 6. *M. orbicularis*: disco capitato, limbo foraminibus octo;
 subtus forniculato-pilosa.
Habitat in Pelago.
- marfupia-7. *M. semiovata*, margine tentaculis quatuor.
 lis. *Planc. rar.* 41. t. 4. f. 5. *Urtica soluta* marfupium
 referens.
Habitat in M. Mediterraneo.
- pelagica. 8. *M. hemisphærico-concava*, margine crenato-incurva-
 to, tentaculis octo. *Læfl.* †
Habitat in Oceano Americano.
Corpus sub disco quadrilobatum.
- brachia-9. *M. orbicularis* margine brachiis novem: apicibus novem,
 ta. extimo tentaculis novem. †
Habitat in Pelago.
- Beroe. 10. *M. ovata* angulata, costis octo ciliatis.
Brown. jam. 384. t. 43. f. 2.
Habitat in Mari Americano.
- Vellella. 11. *M. ovalis* concentricè striata, margine ciliato, supra
 velo membranaceo.
Col. ephr. 20. t. 22. *Urtica marina* soluta.
Habitat in Pelago. Læfling. In Mari Mediterraneo.
Brander.
*Ovalis centro prominulo, lineis concentricis, margine ci-
 liato; supra linea oblique transversali; supra etiam
 membrana, dorsalem secans lineam inferiorem, rigida-
 la, latitudine corporis.*

264. ASTERIAS. *Corpus* depressum : crusta subco-
riacea, tentaculis muricata.
Os centrale, quinquevalve.

* *Integra.*

Luna. 1. *A. integra* semiorbicularis lunata.
Habitat in India.
Corpus absque radiis, magnitudine imperialis, lunatum,
compressum, punctis eminentibus undique adpersum.

* * *Stellatæ.*

rubens. 2. *A. stellata* radiis lanceolatis gibbis undique aculeata.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 95.
Faun. suec. 1285. It. Wgot. 172. Asterias radiis qui-
nis latiusculis asperis.
Plot. oxf. 85. n. 16. t. 2. f. 2, 3. Pet. mus. 6. n. 20.
Asteria.
Barr. rar. 130. t. 1288. Stella marina læte rubens spi-
nosa.

Olear. mus. 55. t. 28. f. 4.

Link. stell. t. 4. f. 5; t. 9. f. 16; t. 10. f. 16; t. 14.
f. 23, 25; t. 15. f. 18, 26; t. 34. f. 58; t. 40. f.
70; t. 30. f. 50; t. 36. f. 62. Stella marina.

β. *Column. aqu. 5. t. 6. Stella marina Cometa.*
Habitat in Oceano frequens.

glacialis. 3. *A. stellata* radiis heptagonis: angulis aculeatis.
Link. stell. t. 7. f. 9; t. 32. f. 52; t. 35. f. 60; t. 36.
f. 61; t. 38. f. 69. Stella marina.
Habitat in Oceano septentrionali.

reticula- 4. *A. stellata* radiis reticulato-aculeatis.
ta. *Mus. Tess. 114. t. 19. f. 1. Asterias radiata, centro*
dorsali nodis 5 circumvallato.
Rumph. mus. t. 15. f. D.
Link. stell. t. 41. f. 72; t. 23. f. 36. Stella marina.
Sloan jam. 2. p. 272. Stella marina maxima reticulata.
Habitat in M. Indico.

nodosa. 5. *A. stellata* radiis convexis longitudinaliter elevatis mu-
ricatis.
Mus. Tessin. 114. t. 9. f. 3.

Greav. mus. 123. t. 8. *Stella marina coronalis.*
Link. stell. t. 3. f. 3; t. 7. f. 8; t. 26. f. 41; t. 25. f. 40. *Stella marina.*
Rumph. mus. 39. t. 15. f. A. *Stella marina quarta.*
Habitat in M. Indico.

arancia- 6. *A. stellata* disco tentaculis hispidis muricato, margine
 ca. articulado, varie aculeato.

Mus. Taff. 114. t. 9. f. 3.

Barr. ic. 1281.

Link. stell. t. 4. f. 14; t. 5. f. 6; t. 8. f. 12; t. 23. f. 38; t. 27. f. 44; t. 36. f. 63.

Habitat in M. Mediterraneo.

equestris. 7. *A. stellata* disco reticulato punctis pertuso, tuberculis s., margine subarticulato subtus simplici serie tentaculato.

Barr. icon. 1285.

Link. stell. t. 6. f. 13; t. 12. f. 21; t. 13. f. 22; t. 23. f. 37; t. 24. f. 39; t. 27. f. 45; t. 33. f. 53.

Habitat in M. Mediterraneo.

Hec etiam subtus disco gaudet, non prior.

lævigata. 8. *A. stellata* radiis semicylindricis obtuse octagonis mucicis.

Rumph. mus. t. 15. f. E.

Greav. mus. t. 8. f. 1, 2.

Link. stell. t. 28. f. 47. *Stella marina lævior.*

Habitat in M. Mediterraneo & Indico.

Radii subcylindrici subtus ad rimam duplici serie dentati.

* * * *Radiata.*

ophiura. 9. *A. radiata* radiis quinque, corpore orbiculato quinquelobo.

Rumph. mus. 40. t. 15. f. B. C.

Pet. amb. t. 3. f. C. *Stella marina V. scolopendroides.*

Barr. rar. 131. t. 1295. *Stella marina ophiocnemis f. ophiurus.*

Sloan. jam. 2. p. 272. t. 244. f. 8, 9. *Stella marina minor echinata purpurea.*

Martens. Spitzb. t. P. f. D.

Link. stell. t. 2. f. 4; t. 11. f. 17; t. 22. f. 35. *Stella marina.*

Habitat in Oceano.

- pectinata*. 10. *A. radiata* radiis duplicatis : superioribus pinnatis, inferioribus filiformibus.
Barr. rar. t. 1282. f. 1. Stella marina decacnemos fimbriata.
Column. phytob. 109. t. 29. Stella marina altera.
Pet. gaz. t. 4. f. 6. Stella chinensis perelegans dupliciter radiata.
Link. stell. t. 37. f. 64, 66. Stella marina.
Habitat in M. Indico.
- multiradiata*. 11. *A. radiata* radiis palmato-multiplicatis pinnatis : inferioribus filiformibus.
Link. stell. t. 21. f. 33, t. 22. f. 34. Stella marina.
Habitat in M. Indico.
Valde affinis A. pectinatae, si non sola varietas.
- Caput medusæ*. 12. *A. radiata* radiis dichotomis.
Mus. Ad. Fr. 1. p. 95.
Rumph. mus. 41. t. 16. Caput Medusæ.
Martens. spitzb. t. P. f. E.
Link. stell. t. 18. f. 29; t. 19. f. 30, 31; t. 29. f. 32; t. 29. f. 48; t. 30. f. 49.
Habitat in omni Oceano, imprimis Pelagico.

265. ECHINUS. Corpus subrotundum, crusta ossæa rectum, spinis mobilibus læpius aculeatum.

Os quinquevalve subtus.

* *Regulares ano verticali.*

- esculentus*. 1. *E. hemisphærico-globosus*; ambulacris denis; areis obsolete verrucosis.
Faun. suec. 1289. Echinus subglobosus, vertice plano.
List. angl. 169. t. 3. f. 13. Echinus marinus aculeorum vestigiis nonnihil eminentibus.
Rumph. mus. 31. t. 13. f. B. Echinus esculentus.
Klein. echinod. 16. t. 9. Cidaris miliaris.
Habitat in Oceano Europæo & Indico.
Testa punctis callosis obsolete; apertura subrotunda, nec 10 fissuris. Spinæ violaceæ apice albæ.

T t 4

2. E.

Ideam sculpturæ Echinorum distincte formaturus, comparationem ejusdem instituat cum Herto in Areas sive Pulvillo diviso, Ambulacris distincto.

- Globulus. 2. *E. hemisphærico-subglobosus*; ambulacris denis; areis laterè muricatis, medio porosis.
Habitat in O. Indico.
- sphæroides. 3. *E. hemisphærico-gibbosus*; ambulacris denis, undique muricatis, medio porosis.
Habitat in O. Indico.
- Gratilla. 4. *E. hemisphærico-gibbosus*; ambulacris denis triplicatis; areis decussatim muricatis.
Habitat in O. Indico.
- Lixula. 5. *E. hemisphæricus*: ambulacris denis: paribus approximatis; areis transverse punctatis muricatis.
Habitat in O. Indico.
- saxatilis. 6. *E. hemisphærico-depressus*: ambulacris denis: paribus approximatis; areis longitudinaliter verrucosis.
Rumph. mus. 31. t. 14. f. A. Echinus saxatilis.
Klein. echinod. 17. t. 2. f. A. B.
Habitat in M. Mediterraneo.
- Diadema. 7. *E. hemisphærico-depressus*: ambulacris quinis longitudinaliter verrucosis; areis lanceolatis.
Rumph. mus. t. 14. f. B.
Pet. amb. t. 8. f. 5. Echinus s. Diadema turcarum.
Habitat in M. Indico.
- Cidaris. 8. *E. hemisphærico-depressus*; ambulacris quinis repandis linearibus; areis alternatim bifariis.
Rumph. mus. 33. t. 13. f. 3. Echinometra digitata 2 rotunda.
Pet. amb. t. 7. f. 2.
Bonaz. mus. f. 17.
Gvalt. test. t. 108. f. D. E.
Argenv. conch. t. 28. f. F.
Klein. echinod. 19. t. 7. Cidaris mamillata mauri.
Habitat in Oceano.
- mamillatus. 9. *E. hemisphærico-ovalis*: ambulacris denis flexuosis; areis muricatis verrucosis: angustioribus abbreviatis.
Rumph. mus. 32. t. 13. f. 1. Echinometra digitata 1 oblonga.
Gvalt. test. t. 108. f. C.
Argenv. conch. t. 28. f. E.

Klein. echinod. 19. t. 6, Cidaris mamillata pauli.
Habitat . .

Lucunter. 10. E. hemisphærico-ovalis; ambulacris denis flexuosis,
 arcis muricatis: angustioribus longitudinalibus.
Gvalt. test. t. 107. f. C.
Habitat in O. Indico.

atratus. 11. E. hemisphærico-ovalis depressiusculus: spinis truncatis
 brevissimis obtusissimis: marginalibus clavatis depressis.
Habitat in India; e Museo Tassiniano.
Spinæ brevissimæ, obtusissimæ, subcontiguæ tegunt testam;
sed marginales elongatæ, laeves, depressæ.

* * *Irregulares: apertura ani subtus uti os.*

spatagus. 12. E. ovatus gibbus: ambulacris quaternis depressis.
Fn. svec. 1290. Echinus subcompressus, vertice prominulo.
Rondel. exsangv. 580. gall. 416.
Bonan. recr. 1. t. 16. Echinus spatagus.
List. app. 28. Echinus minor angulosus ab utraque par-
te compressus.
Rumph. mus. 1. 14. f. 1.
Sloan. jam. 2. p. 268. t. 242. f. 3, 4, 5. Echinus no-
stra spatagus.
Gvalt. test. t. 109. f. A.
Habitat in Oceano omni.

lacunosus. 13. E. ovatus gibbus; ambulacris quinis depressis.
Rumph. mus. t. 14. f. 2.
Gvalt. test. t. 109. f. C.
Breyn. echin. 61. t. 5. f. 1. 2.
Habitat in O. Indico.

rosaceus. 14. E. planiusculus ovato-subglobosus: ambulacris quinis
 ovalibus, superficie punctata.
Rumph. mus. 36. t. 14. f. E. Echinus planus Zeerca-
len dictus.
Pet. amboin. t. 1. f. 10.
Bonan. recr. 1. t. 33.
Gvalt. test. t. 110. f. A. C.
Klein. echinod. t. 17. f. 1.
t. 18. f. 1.
t. 19. f. A. B.
Habitat in O. Asiatico.

reticula- 15. *E. planiusculus* ovatus integer: ambulacris quinis ovalibus, superficie reticulata.

Sloan. jam. 2. p. . t. 242. f. 7-10.

Gvalt. test. t. 110. f. D.

Habitat in O. Americano.

Placenta. 16. *E. planus orbiculatus*: ambulacris quinis bipartitis, ano marginali.

Rumph. mus. t. 14. f. G.

Pet. amb. t. 11. f. 5.

Gvalt. test. t. 110. f. G.

Breyn. echin. 64. t. 7. f. 7, 8.

Klein. echinod. t. 20. f. A. B.

Habitat in Oceano meridionali.

Orbiculus. 17. *E. planus suborbiculatus*: ambulacris quinis ovalibus, ano subremoto.

α. Foraminibus nullis pervius, lobatus.

Gvalt. test. t. 110. f. F. F.

Klein. echinod. t. 22. f. E. F.

β. Foraminibus duobus pervius, lobatus.

Gvalt. test. t. 110. f. H. H.

Breyn. echin. 64. t. 7. f. 5. 6.

Klein. echin. t. 22. f. A. B.

γ. Foraminibus quinque pervius, indivisus.

Pet. mus. 19. f. 125.

Gvalt. test. t. 110. f. E. E.

Klein. echin. t. 21. f. C. D.

δ. Foraminibus nullis pervius, indivisus.

Gvalt. test. t. 110. f. B.

Breyn. echin. 64. t. 7. f. 1. 2.

Habitat in M. Indico.

III. TESTACEA.

Animalia Mollusca, simplicia, domo calcarea propria obtecta.

266. CHITON. *Animal Doris.*

Testæ plures, longitudinaliter digestæ, dorso incumbentes.

hispidus. 1. C. testa sexvalvi striata.

Habitat . .

tuberculatus. 2. C. testa septemvalvi, corpore tuberculato.

Mus. Ad. Fr. 1, p. 96. Chiton oscabrion.

Pet. gaz. t. 1. f. 3. Oscabrion.

Sloan. jam. 2. p. 233. Patella oblonga articulata.

Habitat in America.

aculeatus. 3. C. testa octovalvi striata, corpore subaculeato.

Rumph. mus. t. 10. f. 4. Limax marina.

Habitat in Asia.

punctatus. 4. C. testa octovalvi lævi, corpore excavato-punctato.

Chin. Lagerstr. 46. Chiton corpore punctato, testis octo.

Osbeck. iter. 62.

E. N. C. 1727. p. 63. t. 1. f. 1, 2. Calva serpentis diadema.

Habitat in Asia, Europa, America.

267. LEPAS. *Animal Triton.*

Testa multivalvis, inæquivalvis.

Balanus. 5. L. testa conica fulcata, operculis acuminatis.

Fa. suec. 1349.

Lewwenb. epist. 82. p. 472. t. 465.

List. angl. 196. t. 2. f. 41.

conch. t. 444. f. 287.

Argenv. conch. t. 30. f. D.

Klein. ostr. t. 12. f. 94, 95.

Habitat ad littora oceani Europæi.

- Tintinnabulum. 6. L. testa conica, rugosa obtusa.
Lang. test. 4. Balanus tintinnabuliformis lævis.
Rumph. mus. t. 41. f. A.
Gvalt. test. t. 106. f. H.
Argenv. conch. t. 30. f. A.
Habitat . . .
Valde affinis præcedenti, sed pollice crassior.
- Testudinaria. 7. L. testa plano-convexa, radiis sex excavatis striatis.
Bonan. kirch. 1. f. 36.
Rumph. mus. t. 40. f. K. Verruca testudinaria.
Gvalt. test. t. 106. f. M.
Pet. gaz. t. 9. f. 9.
amb. t. 1. f. XI.
Planc. conch. t. 5. f. 2. 2.
Klein. ostr. t. 12. f. 99.
Habitat in Pelago, sæpe in Testudinibus.
- Mitella. 8. L. testa compresso-erecta sessili difformiter striata.
Lang. test. 4. Balanus tulipæformis striatus.
Rumph. mus. t. 47. f. M.
Argenv. conch. t. 30 f. E.
Pet. gaz. t. 6. f. 10. Balanus chinensis striatus.
Klein. ostr. t. 12. f. 100.
Habitat . . .
- anatifera. 9. L. testa compressa quinquevalvi lævi, intestino insidente.
Fn. swec. 1350. Lepas testa compressa basi membrana cylindrica.
Aldr. orn. c. 20. f. 548. Concha anatifera.
Bonan. recr. 2. f. 2. Tellina pedata.
Stalpart. obs. 2. p. 458. t. 15.
Barth. cent. 6. p. 271.
Worm. mus. 256.
Maregr. bras. 188.
Grew. mus. 148.
Hoffm. inf. 3. t. 6.
Sibb. mus. 170. n. 2.
List. exerc. t. 7. f. 4, 5.
conch. t. 440. f. 283.
Gvalt. test. t. 106. f. A-D.

Argenv.

Lepadum teste diversis diverse figura & numero valvularum, omnes fixæ, nec e loco mobiles.

Argenv. conch. t. 30. f. F. G.

Planc. conch. t. 5. f. 4.

Column. phytob. 110. t. 30.

Bauh. pin. 513. Arbor ex cujus ligni putredine vermes.
1. 2. 3.

Needh. micr. t. 7. f. 1. 2. & t. 6.

Osb. iter. 82. Lepas anatifera c. Tritone.

Habitat in Pelago.

Duplex varietas: lævis quæ frequentior; striata quæ sæpius fossilis observatur.

268. PHOLAS. *Animal . . .*

Testa bivalvis, divaricata, cum minoribus sæpe accessoriis.

Cardo recurvatus, connexus cartilagine.

Dacty- 10. Ph. testa oblonga reticulato-striata,
lus. *Rond. test. 23.*

Bell. aqu. 414.

List. angl. app. t. 2. f. 3.

Bonan. recr. 2. t. 25, 26, 27.

Gualt. test. 105. f. A. B. D.

Planc. conch. 33. n. 3.

Habitat intra Europæ australioris scopulos.

costatus. 11. Ph. testa ovata costis elevatis striata.

Gualt. test. t. 105. f. G.

Habitat intra scopulos Europæ australis.

striatus. 12. Ph. testa ovata multifariam striata.

Gualt. test. t. 105. f. F.

Habitat intra scopulos maritimos Europæ australis.

candidus. 13. Ph. testa oblonga undique striis decussatis muricata.

List. angl. 193. t. 5. f. 39.

app. t. 2. f. 4, 6.

Habitat in Europæ & Americæ scopulis marinis.

14. Ph.

Pholades terebrant, intrant, inhabitant, roduntque vires marinus calcareas, ne dum cotaceas, intra quas latent phosphorei. Reaum. act. parif. 1712. p. 126. His natura in tenebris remoto lumine, alio fulgore clarere, & quanto magis humorem habeant, ludere in ore mandentium, lucere in manibus, atque etiam in solo & veste decidenuibus guttis. Plin. IX: 61.

- pusillus. 14. Ph. testa oblonga rotundata areuato-friata. †
Brown. jam. 417. t. 40. f. 11.
Habitat in America.
Valvule accessorie a tergo testæ singulares; an distincti generis.
269. MYA. *Animal* exserens proboscidem apice biperforato.
Testa bivalvis, hians.
Cardo dente solido, crasso, patulo; nec inserto testæ oppositæ.
- crispata. 15. M. testa ovali hinc obtusiore crispato striata, cardinis dente curvo.
List. angl. t. 5. f. 38.
app. t. 2. f. 7.
Habitat in O. septentrionali.
- truncata. 16. M. testa ovata postice truncata, cardinis dente antrosum porrecto obtusissimo.
It. wgoth. 199. n. 3. t. 5. f. 3.
List. angl. 191. t. 5. f. 36.
Gualt. test. t. 91. f. D.
Habitat in O. Europæo.
- arenaria. 17. M. testa ovata postice rotundata, cardinis dente antrosum porrecto rotundato denticuloque laterali.
It. wgoth. 187.
Habitat in O. Europæ septentrionalis sub arena, foraminibus duobus detegenda.
Cardinis dens in altera tantum testæ prominens cum denticulo parallelo versus vulvam.
- lutraria. 18. M. testa oblongo-ovata, cardinis dente depresso parallelo rotundato denticuloque erecto emarginato.
List. angl. t. 4. f. 19.
Bonap. recr. 2. t. 19.
Rumph. mus. t. 45. f. N?

Habi-

Myes sepius terebrant fundum & intra eundem se defodiunt vel tota vel quæ partem.

Habitat in O. Europæo ad ostia fluviorum.

Cardo utriusque testæ (in ventre jacentis) non attolitur, sed horizontalis est (quo a præcedente differt) cum accessorio dente sursum rigente plicato.

pic-
torum.

19. M. testa ovata, cardinis dente primario crenulato; laterali longitudinali: alterius duplicato.

Bonan. recr. 2. t. 41.

List. angl. app. t. 1. f. 4.

Habitat in Europæ fluviiis.

margari-
tifera.

20. M. testa ovata antice coarctata, cardinis dente primario conico, natibus decorticatis.

Fn. svec. 1331.

List. conch. t. 149. f. 4.

angl. app. 15. t. 1. f. 1.

Klein. ostr. t. 10. f. 47.

Habitat in totius orbis arctici cataractis.

Testa ovali-oblonga, ponderosa, antice retuso compressa, extus rudis nigricans, latere angustiore s. superiore subvillosa, Natibus valde excorticatis, per siccitatem fragilis etiam per se. Intus Testa albida cicatricibus duabus pro insertione musculorum. Cardinis Dens conicus, obtusus, porrectus, lateralis nullus; sed in minoribus longitudinalis crenulatus; an vero minor specie diversa?

Perna.

21. M. testa oblonga dilatata basi angustiore compressa.

Argen. conch. t. 25. f. N.

Habitat in Fretto Magellanico.

Vulsella.

22. M. testa linguiformi, cardine terminali depresso semi-orbiculato.

Mus. Tessin. t. 6. f. 3.

Rumph. mus. t. 46. f. A.

Gualt. test. t. 90. f. H.

Habitat in Indiis.

270. SOLEN. *Animal* cylindricum: antice Tentaculis 2 cylindricis; postice glande oblonga clavata præputio cinctâ.

Testa bivalvis, oblonga, utroque latere hians.

Cardo Dens subulatus, non infertus testæ oppositæ; margo lateralis obsoletior.

Vagina. 23. S. testa lineari rectâ: extremitate altera marginata, cardinibus unidentatis.

Rumph. mus. t. 45. f. M.

Gualt. test. t. 95. f. D.

Argenz. conch. t. 27. f. K.

Klein. ostr. t. 11. f. 65.

Habitat in M. Europæo, Indico.

Siliqua. 24. S. testa lineari rectâ, cardine altero bidentato.

Rond test. 43.

Bell. aqu. t. 414. f. 2.

List. angl. t. 5. f. 37.

Bonan. recr. 2. t. 57.

Gualt. test. t. 95. f. C.

Argenz. conch. t. 27. f. M.

Planc. conch. t. 3. f. 6.

Habitat in O. Europæo.

Hæc, præcedens & insequens nimis affines sunt:

Ensis. 25. S. testa lineari subarcuata, cardine altero bidentato.

List. angl. app. t. 2. f. 9.

Argenz. conch. t. 27. f. L?

Habitat in M. Mediterraneo, Anglico.

Testa utraque extremitate rotundata est & præcedenti minor ac magis arcuata.

Legumen. 26. S. testa lineari-ovali rectâ, cardinibus bidentatis: alterius bifido.

Planc. conch. t. 3. f. 5.

Gualt. test. t. 91. f. A.

Habitat in M. Mediterraneo. Fr. Logie, algerus, patriæ Conchiliis dives.

Præcedentibus brevior & cardine versus medium teste, nec ad extremitatem, ut in præcedentibus.

- Cultel- 27. S. testa ovali-oblonga subarcuata.
 lus. *Rumph. mus. t. 45. f. F.*
Gualt. test. t. 90. f. E.
Habitat in Amboinæ littoribus arenosis.
Cardinis dentes ut in primis tribus, sed callus margi-
nalis ut in specie prima.
- radiatus. 28. S. testa ovali recta lævi, costa transversali adnata de-
 preffa.
Rumph. mus. t. 45. f. E.
Gualt. test. t. 91. f. B.
Argenv. conch. t. 25. f. P.
Habitat in O. Asiatico.
Testa violacea radius quatuor albis.
- frigila- 29. S. testa ovali oblique striata.
 tus. *Bonap. recr. 2. t. 77.*
Gualt. test. t. 91. f. C.
Habitat in M. Mediterraneo.
Testa incarnata radius duobus albis. Dens cardinis re-
curvatus exsertus; Margoque cardinis prominulus.
- anatinus. 30. S. testa ovata membranacea inflata pilosa, cardinis
 colla falcata.
Rumph. mus. t. 45. f. O. Rostrum anatis.
Habitat in O. Asiatici fundo arenoso.
Testa pellucida alba & fere membranacea.
- bullatus. 31. S. testa subrotunda inflata substriata antice crenato-
 hiante. *M. L. U.*
Rumph. mus. t. 44. f. N.
Habitat . . .
Dens cardinis unicus; marginales remoti compressi.
- inæqui- 32. S. testa oblongo-rostrata: valvula altera plana.
 valvis. *Habitat in M. Mediterraneo.*
Testa longitudine pollicis transversa, lactea, levis, pel-
lucida. Sutura dorsalis recta excurrens in rostrum
obtusum patulum. A natibus ad rostri inferiora an-
gulus obliquus ut in Tellinis. Valvula altera plana;
altera leviter convexa. Cardo dentibus duobus absque
lateralibus.

271. TELLINA. *Animal* Tethys.

Testa bivalvis, antice hinc ad alterum latus flexa.

Cardo: Dentes tres; Laterales plani, alterius testæ.

* *Ovatæ, crassuscalæ.*

Gargadia. 33. T. testa subrotunda compressa antice rugosa, rima dentata.

Rumph. mus. t. 43. f. N. Remies gargadica.

Habitat in O. Asiatico.

Lingua felis. 34. T. testa subovata scabra: squamulis lunatis quincuncialibus.

Rumph. mus. t. 45. f. G.

Gualt. test. t. 76. f. B.

Klein. ostr. t. 11. f. 62.

Habitat in O. Asiatico.

Differt a T. scobinata, quod sesquialtior quam longa.

virgata. 35. T. testa ovata: striis transversis recurvatis, dentibus lateralibus prominulis.

Rumph. mus. t. 45. f. H. Tellina virgata.

Argenv. conch. t. 25. f. A. T. fasciis roseis.

Habitat in O. Indico.

gari. 36. T. testa ovali: striis transversis recurvatis; dentibus lateralibus obsoletis.

Rumph. mus. t. 45. f. D. Tellina gari.

Argenv. conch. t. 25. f. I.

Habitat in O. Indico.

fragilis. 37. T. testa ovata alba gibba: striis transversis recurvatis, natibus flavescens.

Habitat in O. Europæo.

Testa magnitudine extimi pollicis, gibba, striis subscabris.

* * Ova-

Tellinarum* testa antice inflexa, ut altera testa plicam convexam, altera vero cavam ostendat; in suborbiculatis autem vix plica manifesta, sed striæ in eodem loco divergentes genus ostendunt.

* * Ovatæ, compressæ.

- albida. 38. T. testa ovali lævi, nymphis prominentibus. *M. L. U.*
Habitat in Oceano Europæo.
Cardo absque dentibus marginalibus. Sutura ante &
post cardinem notata lineis transversis rufis.
- foliacea. 39. T. testa ovali; pube scabra, rima ferrata.
Rumph. mus. t. 45. f. K. Folium.
Argenv. conch. t. 25. f. E.
Klein. ostr. t. 11. f. 64.
Habitat in O. Indico.
- planata. 40. T. testa ovata compressa transversim substriata: margi-
 nibus acutis, pube subtomentosa.
Gualt. test. t. 89. f. G.
Kratzenst. Regensf. t. 3. f. 28.
Habitat in O. Europæo, Mediterraneo.
Testa maxime plana, pellucida, incarnata, minus flexa,
marginibus acutissimo.
- lævigata. 41. T. ovata lævigata, dentibus lateralibus marginatis, pu-
 be striato-scabra, nymphis inflexis.
Rumph. mus. t. 45. f. I. Tellina lævis.
Habitat in O. Europæo & Indico.
- radiata. 42. T. testa oblonga longitudinaliter substriata, futura ani-
 canaliculata. *M. L. U.*
Habitat in Oceano Europæo.
Testa alba radiis incarnatis. Rima Nymphis hiantibus
nec prominulis.
- rostrata. 43. T. testa oblonga: antice angulato-rostrata.
Rumph. mus. t. 45. f. L. Petalunculus.
Gualt. test. t. 83. f. T.
Argenv. conch. t. 25. f. O.
Habitat in O. Europæo & Indico.
- trifascia- 44. T. testa ovata læviuscula sanguineo-triradiata, pube
 ta. rugosa.
Habitat in O. Europæo.
Testa magnitudine unguis, pallida: radiis 3 sanguineis
a cardine ortis, antice magis obtusa; vulva ovata.
- incarnata. 45. T. ovata compresso-planiuscula, natibus submucro-
 natis.

List. angl. app. 32. t. 1. f. 8.

Gualt. test. t. 88. f. M.

Habitat in O. Europæo, Mediterraneo.

*Testa magnitudine cœmæ pollicis, simillima T. planate sed incarnata radio uno alterove pallido. Cardo ex-
tus prominens.*

donacina. 46. T. testa ovata compresso-planiuscula læviuscula: an-
tice obtusissima.

Gualt. test. t. 88. f. N.

Habitat in M. Mediterraneo.

*Testa simillima T. incarnata, sed minor, purpurascens
radiis plurimis rubris. Regio vulvæ obtusissima &
fere truncata, uti in Donace.*

balaufti- 47. T. testa dilatato-orbiculata læviuscula, valvula altera
na. dentibus lateralibus.

Habitat in M. Mediterraneo. J. T. Fagrus.

*Testa magnitudine seminis Lupini albi, fere orbicularis,
sed paulo magis dilatata, albida radiis obsolete rufis.*

* * * Suborbiculatæ.

Remies. 48. T. testa suborbiculata compressa rugosa.

Rumph. mus. t. 43. f. I. Remies.

Gualt. test. t. 76. f. F.

Habitat in O. Europæo & Indico.

scobina- 49. T. testa lenticulari scabra: squamis lunatis quincun-
ta. tialibus.

Rumph. mus. t. 43. f. E. Chama scobinata?

Gualt. test. t. 76. f. E.

Habitat in O. Asiatico.

Ani fossula oblonga, nec labia canaliculata.

lactea. 50. T. testa lentiformi gibba alba pellucida lævi.

Gualt. test. t. 71. f. D.

Habitat in M. Mediterraneo.

*Testa semine Lupini albi major, parum transversim ob-
solete striata.*

earnaria. 51. T. testa suborbiculata lævi utrinque incarnata oblique
striata: striis hinc reflexis.

List. angl. 175. t. 4. f. 25.

Gualt. test. t. 77. f. I.

Habitat in Oceani brevibus.

Testa magnitudine seminis Lupini albi, nonnihil compressa.

bimaculata. 52. T. testa triangulo-subrotunda latiore lævi albida: intus maculis duabus sanguineis oblongis.

Habitat in O. Europæo.

Testa vix extimi pollicis magnitudine, extus alba sed maculae interiores parum pellucent, lævis nisi furtis aliquot obsolete circumdata esset. Flexura testæ in hac non manifesta.

balthica. 53. T. testa subrotunda lævi extus incarnata.

Fn. succ. 1335.

It. oeland. 43.

Habitat in M. Balthico.

Testa seminis Lupini albi magnitudine, molliscula, fragilissima; intus alba, extus incarnata, e triangulo rotundata.

pisiformis. 54. T. testa subglobosa lævi intus incarnata oblique substriata: striis antice angulo acuto reflexis.

Gualt test. t. 7. f. C.

Habitat ad O. Europæi ostia fluviorum.

Testa magnitudine Pisi, alba, fundo purpureo, striata Striis vix oculo nudo manifestis, obliquis sed anterieus reflexis ad angulum acutum. Cardinis Dens unicus præter laterales prominulos. Rarius tota alba reperitur.

divaricata. 55. T. testa subglobosa alba bifariam oblique striata.

Habitat in M. Mediterraneo. F. Logie.

Testa magnitudine Pisi, subcompressoglobosa, gibba. Striæ tenuissimæ, bifariam ad utrumque latus ductæ.

digitaria. 56. T. testa subglobosa pallida cincta striis obliquis uniformibus.

Habitat in M. Mediterraneo. Logie.

Testa magnitudine Pisi, albida, interdum maculis undatis rufis. Striæ transversæ, sed pulchre obliquæ, sensim desinentes ad marginem exteriorem, uti striæ in apice digitorum, unde apparet spiraliter striata.

cornea. 57. *T. globosa* glabra cornei coloris: sulco transversali.
Fz. fvec. 1336.

List. angl. app. 22. t. 1. f. 5.

Habitat in Europæ paludibus, stagnis.

Testa magnitudine Pisi, rudis cornu coloris,

272. **CARDIUM.** *Animal Tethys.*

Testa bivalvis, subæquilatera, æquivalvis.

Cardo Dentibus duobus; lateralibus remotis infertis.

costatum. 58. *C. testa* gibba æquivalvi: costis elevatis carinatis concavis membranaceis.

Columna. purp. 26. t. 27.

Rumph. mus. t. 48. f. 6.

Gualt. test. t. 72. f. D.

Argenv. conch. t. 26. f. A.

Habitat . .

Cardiffa. 59. *C. testa* cordata: valvulis compressis dentato-carinatis, natibus approximatis.

Columna. aqu. 16.

Rumph. mus. t. 42. f. E. Cardiffa.

Gualt. test. t. 84 f. B. C. D.

Argenv. conch. t. 26. f. I. Cor veneris.

Klein. ostr. t. 10. f. 39.

Habitat in O. Asiatico.

Varjat Testa lateribus utrinque planis aut altero concavo.

hemica- 60. *C. testa* cordata subquadrilatera: valvulis carinatis, natibus distantibus.

Rumph. mus. t. 44. f. H.

Habitat in O. Asiatico.

medium. 61. *C. testa* subcordata subangulata: valvulis angulatis sulcatis lævibus. *M. L. U.*

Habitat in O. Indico.

Testa simillima priori, sed exalbido purpurascente varia, sulcis lævibus absque aculeis, angulisque obsolete.

62. *C.*

Cardiorum C. lineæ dentibus lateralibus remotis instruntur, qui foraminulo s. scrobiculo oppositæ valvulæ inseruntur, dum testa clauditur, quod non obtinet in Tellinis.

- murica- 62. C. testa subcordata: fulcis convexis linea exaratis: ex-
tum. terius aculeato-ciliatis.
Bonan. recr. 2. t. 96, 97.
Gualt. test. t. 72. f. A.
Argenv. conch. t. 26. f. B.
Habitat in O. Europæo australi.
Maxime affinis sequenti & forte varietas.
- echina- 63. C. testa subcordata, fulcis exaratis linea ciliata aculeis
tum. inflexis plurimis.
Fn. suec. 1339.
List. angl. t. 5. f. 33.
conch. t. 324. f. 161.
Bonan. recr. 2. t. 90.
Gesn. aquat. 131, 132.
Gualt. test. t. 72. f. B.
Klein. ostr. t. 10. f. 40.
Habitat in O. septentrionali.
- ciliare. 64. C. testa subcordata: fulcis elevatis triquetris: extimis
aculeato-ciliatis.
Gualt. test. t. 72. f. C.
Habitat in M. Mediterraneo.
Simillima duobus precedentibus, sed minor & nivea.
Sulci triquetri, latere scilicet altero adnato.
- tubercu- 65. C. testa subcordata: fulcis obtusis nodosis transversim
latum. striatis.
Rumph. mus. t. 48. f. 11.
Argenv. conch. t. 26. f. L.
Habitat . .
- Ifocardia. 66. C. testa cordata: fulcis squamis fornicatis imbricatis.
Rumph. mus. t. 48. f. 9.
Argenv. conch. t. 26. f. M.
Kratzenst. Regensf. 20. t. 5. f. 56.
Habitat . .
- Fragum. 67. C. testa subcordata subangulata: fulcis notatis lanulis
elevatis.
Rumph. mus. t. 44. f. G. Fragam album.
Gualt. test. t. 71. f. N.
Habitat in O. Asiatico, Americano.

- Unedo. 68. *C. testa subcordata: sulcis lunulis coloratis.*
Rumph. mas. t. 44. f. F.
Argenv. conch. t. 26. f. N.
Krätzsch. Regensf. 12. t. 3. f. 25.
Habitat . . .
Vulvae labium alterum alteri incumbit, quod vix in
præcedenti, cui maxime affinis, sed sæpe decuplo
majus.
- murica- 69. *C. testa subcordata sulcata lateribus muricata.*
 tum. *Habitat ad sinum Campechiensem.*
Testa præcedentibus similis, margine undique serrata,
extus flavescens; intus umbonibus purpurascens.
- magnum. 70. *C. testa oblonga: sulcis angulatis latere ferratis.*
Habitat ad Jamaicam.
- flavum. 71. *C. testa subovata sulcata: latere anteriore scabro, po-*
 steriore dentato. *M. L. U.*
Habitat . . .
Testa subovata, flava, latere anteriore alba. Sulci cre-
nati nodalis in latere posteriore; margo non rubens.
- læviga- 72. *C. testa obovata: striis obsoletis longitudinalibus.*
 tum. *Habitat . . .*
Testa simillima præcedenti, sed striæ loco sulcorum.
- ferratum. 73. *C. testa obovata lævi striis obsoletis, margine interio-*
 re ferrato.
Habitat in M. Mediterraneo.
Testa flava, versus cardinæm gibba, margine exteriori
crenulato, anteriore serrato. Nates regulares.
- triste. 74. *C. testa ovata lævi, rima anoque obsolete striatis.*
M. L. U.
Habitat . . .
Testa triangularis, ovata colore tristi; Rima ano similli-
ma, oblique obsolete striata.
- coralli- 75. *C. testa triangulo-rotundata alba pellucida, antice po-*
 num. sticeque obtusissima fasciis lacteis.
Bonap. recr. 2. t. 53.
Rond. test. 1. p. 32. t. 33.
Gualt. test. 71. f. B.
Planc. conch. t. 3. f. 4.
Habitat in M. Mediterraneo.

solidum. 76. C. testa triangulari rotundata opaca læviuscula, cardinibus foveola pyriformi.

Bonan. recr. 3. t. 51.

Rond. test. 1. c. 7.

List. angl. 174. t. 4. f. 24.

Habitat in O. Anglico.

Testa crassa alba s. flava, notabilis cavitate in cardine more Ufprearum, sed & dentes minimos habet.

edule. 77. C. testa antiquata: fulcis XXVI obsolete recurvato-imbriticatis.

Fn. svec. 1340.

List. angl. 189. t. 5. f. 34.

Gualt. test. 71. f. F.

Habitat in O. Europæo.

rusticum. 78. C. testa antiquata: fulcis XX remotis interstitiis rugosis.

Rond. test. 1. p. 21. c. 19.

Rumph. mus. t. 78. f. K.

Gualt. test. 2. 71. f. M.

Habitat in M. Mediterraneo & Europæ australioris.

Testa aliis ferruginea fasciis lividis; aliis minor nivea fasciis ferrugineis.

pectinata. 79. C. testa subcordata pectinata.

Gualt. test. t. 75. f. A.

Habitat in M. Mediterraneo.

Testa striæ distantes sursum scabræ; cavitas sub umbonibus flava. Anus ovatus impressus marginibus prominulis.

stultorum. 80. C. testa subrotunda æquilatera lævi, cardinis dente primore fornicato, lateralibus alterius duplicatis.

Gualt. test. t. 71. f. C.

Habitat in O. Europæo.

Testa lævis, fragilis, pallida radiis obsolete albis. Cardinis dentes laterales fere membranacci longitudinales; in altera testa utrinque solitarii; in altera duplicati; dens vero cardinis primarius membranaceus, complicatus.

Antiquata testa nobis quæ longitudinaliter sulcata, sed transversis appositionibus annotinis quasi intercepta.

Pectinata mihi quæ longitudinaliter sulcata l. striata, at vero antice striis l. fulcis ad angulum acutum divergentibus.

Longitudinalis testa a natibus ad marginem.

Transversalis vero a natibus ad nates arcu margini parallelo.

- virgi-
neum. 81. *C. testa triangulo-rotundata æquilatera, rugis transver-
fis membranaceo-recurvatis, cardinibus cæruleis.*
Habitat in M. Mediterraneo.
*Testa pulchella, fasciata lineis retrorsum imbricatis, re-
motis, epidermide glauca obtecta. Cavitas alba sed
cardines cærulei; dentibus lateralibus longitudinali-
bus, linearibus.*
- huma-
num. 82. *C. testa subrotunda lævi, natibus recurvis, rima
hiante.*
Bonan. recr. 2. t. 88.
Rumph. mus. t. 48. f. 10.
Gualt. test. t. 71. f. E.
Argenv. conch. t. 26 f. K.
Habitat in M. Mediterraneo varius.
Testa crassa, levis, subrotunda, exalbido-lutescens.
*Nates eidentius, quam in reliquis, cornu arietis in-
stir, oblique curvata. Rima hians Nymphis nudis.*
*Anus impressus, postice gibbus. Dentis cardinis utri-
que duo, compressi.*

273. DONAX. *Animal Tethys.*

*Testa bivalvis, margine antico obtu-
fissimo.*

*Cardo Dentibus duobus; marginali-
que solitario, subremoto, sub ano.*

- pube-
scens. 83. *D. testa antice spinis ciliata. M. L. U.*
Habitat in O. Indico.
*Testa argute decussatim striata: antice plana laterum
angulo carinato, versus apicem spinis e striis crenatis
membranaceis ciliato. Rima hians ovata: nymphis nu-
dis. Anus ovato-oblongus.*
- rugosa. 84. *D. testa antice rugosa, marginibus crenatis.*
Gualt. test. t. 89. f. D.
Habitat in O. meridionali.
- Truncu-
lus. 85. *D. testa antice lævi, intus violacea marginibus cre-
natis.*
List. angl. 190 t. 5. f. 35.
Bonan. recr. 2. t. 47.

Gualt. test. t. 88. f. o.
Argenv. conch. t. 25. f. L.
Habitat in Oceano Europæo.

- denticu- 86. D. testa antice obtusissima, labiis transverse rugosis,
lata. margine denticulato, nymphis dentiformibus.
Habitat in M. Mediterraneo. F. Logie.
Testa cuneiformis, lævis, longitudinaliter punctato striata, albida, purpurascenti-subfasciata. Vulva subrotunda, minima; antice obtusissima, area media transverse rugosa, laterali recta; margo denticulatus. Intus albicans.
- cuneata. 87. D. testa cuneiformi, marginibus integerrimis. *Mus.*
L. U.
Habitat . . .
Testa parva, ovata, compressa, violacea s. vario colore.
- scripta. 88. D. testa ovata compressa lævi scripta lineis purpureis
undatis, rima acuta, marginibus crenulatis.
Rumph. mus. t. 43. f. L. M. Literata Xylanensis.
Gualt. test. t. 88. f. Q.
List. conch. t. 379. f. 222.
Bonau. recr. 2. t. 43.
Klein. ostr. t. 11. f. 59.
Habitat in M. Mediterraneo.
- murica- 89. D. testa ovata: striis muricatis, margine denticulato.
ta. *M. L. U.*
Habitat in O. Indico.
Testa gibba rufescens; margo anterior denticulatus. Rima hians, terminata antice utrinque dente compresso.
Anus nullus.
- Irus. 90. D. testa ovali: rugis membranaceis erectis striatis cincta.
Gualt. test. t. 95. f. A.
Habitat in M. Mediterraneo. Brander.
Testa magnitudine Phaseoli, ovalis, alba, antice obtusissima, rugosa: rugis arcuatis, membranaceis, reflexo-erectis, striatis, fere crispis, exterioribus sensim anterius majoribus. Cardo utrinque dentibus duobus minimis: altero bifido.

274. VENUS. *Animal Tethys.*

Testa bivalvis, labiis margine antico incumbentibus.

Cardo dentibus 3: omnibus approximatis: lateralibus apice divergentibus.

Vulva & Anus distincta.

* *Pubentes.*

Dione. 91. V. testa subcordata transverse sulcata, pube spinosa.

List. conch. t. 307. f. 146.

Rumph. mus. t. 48. f. 4.

Olear. mus. 29. f. 4.

Pet. gaz. t. 31. f. 9.

Gualt. test. t. 76. f. D.

Argenv. conch. t. 24. f. I.

Habitat in O. America.

Venerem filiam Dionis s. e Concha maris natam finxere

Poeta; hujus Typus precipue determinabit Concharum partium metaphoricam denominationem.

TESTA bivalvis, semicordata, rotundata, subincarnata, postice anticeque magis gibba, ventris lateribus undique exaratis Striis transversis, distantibus, parallelis, marginatis, subrecurvatis, aequalibus: exterioribus obtusioribus: posterius Alternis altioribus acutioribusque, Alternisque abbreviatis minoribus. **INTUS** laevis, alba, sub umbonibus fornicata. **CARDO** sinistrae tridentatus: Dentibus approximatis, scrobiculo distinctis. Denticulo intermedio compresso, angustiore; lateralibus divergentibus, crassiusculis, obtusis. **Dexterae** cardo Denticulis duobus, approximatis, compressis inter scrobiculos duos. **MARGO** ambobus obtusissimus, integerrimus: **NATES** recurvatae, obtusiusculae, apice glabrae. **ANUS** impressus, ovatus, laevis, incarnatus. *Antice* Pubes ciliaris, utrinque e natibus ad summum montis veneris, cingens vulvam Spinis e striis alternis tertiarve testae ortis, subulatis, depressis, adscendentibus, antorsum arcuatis, subtus canaliculatis, superioribus sexsem longioribus: longissimis longitudine ipsius rimae. **VULVAE** regio incarnata, oblique striata, sursum a rima ad pubem. Labia leviora incarnata, inclusa fascia pal-

lida,

lida, armata, a natibus ad medium rimæ, Aculeis utrinque quinque brevissimis; margo vulvæ supra rimam connivet sulco longitudinali, intra quem sinistræ margo gibbosior se infinuat. Rima lanceolata, hians labris prominulis, clausa hymene. NYMPHÆ cartilagineæ, retractiores, longitudine rimæ.

Marica. 92. V. testa subcordata decussatim striata, pube lamellosa.
M. L. U.
Habitat in O. Americæ.

Dysera. 93. V. testa subcordata: sulcis transversis remotis reflexis, margine crenulato.

Argenv. conch. t. 24. f. K.

β. *Rumph. mus. t. 48. f. 5.*

Gualt. test. t. 85. f. A.

Kratzenst. Regenf. t. 7. f. II.

γ. *List. conch. t. 277. f. 114.*

Klein. ostr. 10. t. 48, 49.

δ. *Argenv. conch. t. 24. f. Q.*

Habitat in O. Americæ.

* * *Impuberes subcordata.*

verruco- 94. V. testa subcordata: sulcis membranaceis striatis re-
fa. flexis antice imprimis verrucosis, margine crenu-
lato.

Gualt. test. t. 83. f. G.

Habitat in Europa australi.

Statura & maculis ad præcedentem accedit, ut forte varietas levigata.

Casina. 95. V. testa subcordata: sulcis transversis recurvis acutis, margine postico crenulato pone anum canaliculato.

Habitat in O. Europæo, frequenter etiam fossilis.

Gallina. 96. V. testasubcordata radiata: striis transversis obtusis, cardinis dente postico minimo, margine crenulato.

Habitat in M. Mediterraneo.

Testa colore varians, sæpe glaberrima licet striata; striæ apparent crenulaturæ quamvis non sint.

petulca. 97. V. testa subcordata subfulcata, margine crenulato, rima subovata hiantè, nymphis acutis. M. L. U.

Habitat in O. Europæ australioris.

Testa magnitudine Avellana, albo fuscoque nebulosa.
Anus oblongus.

Erycina. 98. V. testa cordata transversim parallele sulcata, sulcis obtusissimis, vulva glabra, ano ovato.

Habitat in Europa. J. Theod. Fagrus.

Simillima Chioni, sed sulcis numerosis profundioribus.

mercedia-99. V. testa cordata solida transverse substriata lævi, margine crenulato, intus violacea, ano ovato.

List. angl. 229. t. 8. f. 33.

Habitat in Pennsylvania. P. Kalm: e qua Sylvestrium Nummi parantur. In montibus Sveciæ fossilis.

Testa præ reliquis crassa est & ponderosa. Limbus tantum testæ interne violaceus est.

Chione. 100. V. testa cordata transverse subrugosa lævi, cardinis dente primario posteriori lanceolato.

List. angl. 173. t. 4. f. 22?

Rumph. mus. t. 42. f. G.

Gualt. test. t. 86. f. A.

Argenv. conch. t. 24. f. C.

Habitat in O. Asiatico, forte etiam in Europæo.

Testa magnitudine fere ovi gallinacei, alba aut subferruginea; margo integerrimus est.

maculata. 101. V. testa cordata lævi: maculis exoletis sparsis.

Gualt. test. t. 86. f. I.

Argenv. conch. t. 24. f. H.

Kratzenst. Regenf. t. 8. f. 16.

Habitat in O. Americano.

Meretrix. 102. V. testa cordata glabra, vulva fusca gibba, nymphis hiantibus.

Argenv. conch. t. 24. f. F.

Habitat in O. Indico.

Scortum. 103. V. testa triangulo-cordata glabra, vulva plana hiante.

Gualt. test. t. 85. f. F.

Argenv. conch. t. 24. f. L.

Habitat in America.

læta. 104. V. testa subcordata tumida glaberrima albo radiata, labiis subviolaceis.

Gualt. test. t. 88. f. V.

Habitat in M. Mediterraneo & Indico.

Testa flavescens, nigrissima, radiis aliquot latis albis depicta. Labia obscuriora. Anus ovatus.

castren- 105. V. triangulo-rotundata gibba glaberrima characteribus
lis. angularibus inscripta.

List. conch. t. 262. f. 98.

Bonan. recr. 2. t. 376.

Rumph. mus. t. 42. f. K. Chama optica.

Gualt. test. t. 82. f. H.

Kratzenst. Regensf. 2. t. 1. f. 3.

Habitat in O. utriusque Indiæ.

Phryne. 106. V. testa subcordata lævi antice posticeque transverse striata, ano obcordato venis violaceis. *M. L. U.*
Habitat in O. australiore.

Meroë. 107. V. testa subrotunda transverse striata, futura postica hiant. *M. L. U.*

Habitat in O. australiore.

Testa alba venis leucophæis. Nates remotæ. Sutura hians pone anum oblongum, obsoletum.

desflorata. 108. V. testa ovali longitudinaliter rugosa antice violacea, nymphis atris.

Habitat in O. Europæo.

Testa latitudine ovi, a cardine ad peripheriam rugosa, albida. Latus anterior, præsertim interne, violaceum.

fimbriata. 109. V. testa transverse ovali gibba longitudinaliter striata transverse sulcata, margine crenulato.

List. conch. t. 336. f. 172.

Rumph. mus. t. 43. f. F.

Gualt. test. t. 75. f. C.

Argenv. conch. t. 24. f. G.

Klein. ostr. t. 10. f. 52.

Habitat in O. Indico.

reticula- 110. V. testa subcordata: stris elevatis decussatis, ano cordato, margine integro.

Rumph. mus. t. 43. f. H.

Argenv. conch. t. 26. f. F.

Habitat in O. Indico.

squamo- 111. V. testa subcordata reticulato-friata retrorsum squa-
 ma. moza.

Rumph. mus. t. 44. f. M.

Habitat in O. Indico.

* * * *Impuberes, orbiculatae.*

tigerina. 112. V. testa suborbiculata: striis crenatis decussatis, ano
 ovato.

Rumph. mus. t. 43. f. G.

Habitat in O. Indico.

prostrata. 113. V. testa orbiculata transverse striata, labiis scabro-
 membranaceis. M. L. U.

Habitat in O. Indico.

*Testa subscabra, exolete testacea radiis albis. Nates re-
 flexae. Rima oblonga, patula. Anus cordatus.*

pensylva- 114. V. testa lentiformi glabro-rugosa alba, antice sulco
 nica. longitudinali.

Argenv. conch. t. 24. f. N.

Habitat in America septentrionali.

incrusta- 115. V. testa lentiformi glaberrima laevissima punctis ex-
 ta. cavata. M. L. U.

Habitat in O. Indico.

*Testa intus crusta crassa albida. Ani vestigium forami-
 ne rotundo sub natibus.*

punctata. 116. V. testa lentiformi longitudinaliter sulcata, intus pun-
 ctata.

Rumph. mus. t. 43. f. G.

Habitat in O. Indico.

*Testa intus obducta crusta crassa albida, sed punctata.
 Anus ut in precedente.*

exoleta. 117. V. testa lentiformi transversim striata pallida obsole-
 te radiata, ano cordato.

Habitat ad Garnsey.

*Testa intus crusta crassa albida. Anus ferrugineus; val-
 de affinis precedentibus tribus.*

orbicula- 118. V. testa lentiformi compressa longitudinaliter profun-
 ris. dius transversim tenuissime striata, ano cordato mi-
 nimo.

Habitat intra Tropicos.

- Ziczac. 119. V. testa lentiformi: striis transversis membranaceis erectis. *M. L. U.*
Habitat in O. Indico.
Testa griseo-Ziczac ad rimam & anum latius picta.
Nates apice recurva. Anus impressus, cordatus, rufus.
- pectinata, 120. V. testa sublentiformi sulcis longitudinalibus rugosis: pube antrorsum ramosa.
Rumph. mus. t. 42. f. D.
Gualt. test. t. 72. f. F. E.
Argenv. conch. t. 24. f. P.
Habitat in Indiis.
- scripta. 121. V. testa lentiformi compressa striata postice angulo recto angulata.
Rumph. mus. t. 43. f. C. Chama literata rotunda.
Gualt. test. t. 77. f. C.
Argenv. conch. t. 24. f. M.
Habitat in Indiis.
Impressio ani lanceolata.
- edentula. 122. V. testa lentiformi subglobofo - lenticulata rugosa edentula, ano ovato. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Testa subglobofa, diaphana, alba. Anus ovato-acutus, valde excavatus angulo acuto.
- Lupinus. 123. V. testa lentiformi transversim substriata ano ovato, nymphis nullis.
Habitat . . .
Testa alba striis circularibus tenuissimis, intus callo albo notata; variat maculis griseis.
- * * * * *Impuberes ovales, supra rimam subangulata.*
- literata. 124. V. testa ovata antice angulata striis transversis.
Bonan. recr. 2. f. 67.
Rumph. mus. t. 43. f. B. Chama literata oblonga.
Gualt. test. t. 86. f. E. F.
Argenv. conch. t. 24. f. A.
Kratzenst. Regenf. 16: t. 4. f. 39.
Habitat in Europa australi & India.
Color saepe cinerascens, sed plurimum varians; saepiusque characteribus notatus; variat etiam rugis antice longitudinalibus, in majoribus imprimis & indisis.

rotunda- 125. V. testa ovata antice subangulata: striis transversis, car-
 ta. dinis dente intermedio bifido. *M. L. U.*

Habitat in O. Indico.

*Testæ Anus ovato-lanceolatus, fuscus, retusus. Dentes
 cardinis utrinque tres: medio bifido.*

decussa- 126. V. testa ovata antice angulata decussatim striata.
 ta. *M. L. U.*

Habitat in O. Indico.

*Testæ Anus minimus, retusus, macula nulla impressa. Co-
 lor intus albidus, sæpius cum tinctura crocea.*

275. SPONDYLUS. *Animal Tethys.*

*Testa subaurita, rigida, spi-
 nosa.*

*Cardo dentibus 2 recurvis, cum
 foraminulo intermedio.*

Gædero- 127. S. testa subaurita spinosa.

pus.

Bocc. observ. 1674. p. . . t. 304. Concha histricina.

Rond. pisc. 1. t. 40.

Rumph. mus. t. 47. f. E.

Bonann. recr. 2. t. 21, 23.

Gualt. test. 100, 101. f. A, B. t. 99. f. E, F, G.

Argenv. conch. t. 23. f. L.

Klein. ostr. t. 9. f. 37.

Kratz. Regensf. 16. t. 4. f. 48.

Habitat in M. Mediterraneo, arcte adherens scopulis.

*Natum altera longior, hinc plana, ac si arte secta aut
 abrasa fuisset.*

regius. 128. S. testa inaurita spinosa.

Rumph. mus. 156. n. 8.

Argenv. conch. t. 23. f. G.

Habitat in India.

*Simillima præcedenti, sed major spinis & sulcis validio-
 ribus; forte insignis tantum varietas.*

276. CHA-

276. CHAMA. *Animal Tethys.**Testa bivalvis, grossior.**Cardo Callo gibbo, oblique inserto
fossulæ obliquæ.**Vulva clausa absque nymphis.*Lazarus. 129. C. testa imbricata lamellis laceris, natæ oblique sub-
spirali.*Rumph. mus. t. 48. f. 3.**Argenv. conch. t. 23. f. F. I.**Brown. jam. t. 40. f. 9.**Habitat in M. Mediterraneo, Americano.*

Gigas. 130. C. testa plicata squamosa, ano hiantè crenato.

Cochlus. 534. T. testa imperforata ovata striata: stria unica dorsali
crassiore.
Rumph. mus. t. 19. f. 4.
Argenv. conch. t. 9. f. I.
Kratzenst. Regens. t. 1. f. 12.
Habitat in O. Asiatico.
Similis T. argyrostromo, sed nulla stria transversæ. Um-
bilicus Veneris officinarum nostratum proprie hujus o-
perculum subrotundum, gibbum, lateribus striatum.

Chryso- 535. T. testa imperforata subovata rugosa: anfractibus duo-
stomus. bus spinulis fornicatis cineta.
Rumph. mus. t. 19. f. E.
Gvalt. test. t. 62. f. H.
Argenv. conch. t. 9. f. D.
Klein. ostr. t. 7. f. 126.
Habitat in O. Asiatico.

Testum 536. T. testa imperforata ovata: spinis obtusis depressis,
persicum. subtus papillosa.
Argenv. conch. t. 11. f. P.
Habitat . .

Pagodus. 537. T. testa imperforata conica: spinis obtusis concate-
natis, subtus papilloso-striata.
Rumph. mus. t. 21. f. D.
Gvalt. test. t. 62. f. B. C.
Argenv. conch. t. 11. f. A. Pagodus.
Habitat in O. Asiatico.

Calcar. 538. T. testa imperforata depressa: anfractibus scabris su-
pra spinis fornicato-compressis.
List. conch. 4. f. 6. t. 1. f. 3, 4.

Rumph. mus. t. 20. f. I.
Gualt. test. t. 65. f. N. P?
Argenv. conch. t. 9. f. R.
Klein. ostr. t. 1. f. 27.
Habitat ad Amboinam.

marmo- 539. T. testa imperforata subovata lævi: supra marginato-
 ratus. nodulosa.

Rumph. mus. t. 19. fig. A. B.
Gualt. test. t. 64. f. A.
Klein. ostr. t. 7. f. 124.
Kratzenst. Regenf. 20. t. 5. f. 52.
Habitat in O. Asiæ ad Zeylonam.

farmati- 540. T. testa imperforata convexa obtusa: anfractibus su-
 cus. pra nodosis canali interstinctis.

Argenv. conch. t. 11. f. B.
Habitat . .

Olearius. 541. T. testa imperforata convexa obtusa angulato-lævi.

Bonap. recr. 3. t. 9.
Gualt. test. t. 68. f. A.
Argenv. conch. t. 20. f. B.
Klein. ostr. t. 7. f. 125.
Habitat . .
Testas tantum reformatas vidimus.

* * * Solidi umbilico perforato.

Pica. 542. T. testa umbilicata conico-rotundata lævi, denticu-
 lo umbilicali.

Bonap. recr. 3. t. 29. 30.
Gualt. test. t. 68. f. B.
Argenv. conch. t. 11. f. G.
Pet. gaz. t. 70. f. 9.
Kratzenst. Regenf. t. 4. f. 42. & t. 6. f. 66. & t. 11. f. 57.
Habitat in M Sardinico.
Umbilicus canali duplici obtuso.

sanguini- 543. T. testa subumbilicata conico-convexa lævi: anfra-
 neus. ctibus subfulcatis.

Habitat in M. Mediterraneo ad littora Algeriæ. E.
Brander.
Testa magnitudine Pisi, sanguinea, convexa, anfractibus
obtusè sulcata; umbilicus aliis perforatus, aliis nequa-
quam. 544. T.

- Argyro- 544. T. testa umbilicata subovata exarata lineis dorsali-
stomus. bus elatioribus transverse striatis.
List. conch. t. 584. f. 40.
Rumph. mus. t. 19. f. 3, 4.
Gvalt. test. t. 64. f. D.
Argenv. conch. t. 9. f. F.
Kratzenst. Regenf. t. 10. f. 43. & t. 1. f. 12.
Habitat in M. Indico.
- margari- 545. T. testa umbilicata subovata exarata lineis dorsali-
taceus. bus elatioribus lævibus.
Bonan. recr. 3. t. 11.
Rumph. mus. t. 19. f. 2.
Argenv. conch. t. 9. f. A.
Habitat . . .
Testa Similis T. Argrostomo, sed albido-virens maculis
fuscis, nec purpurascens.
- Delphi- 546. T. testa umbilicata depressa hispida: spinis ramosis.
nus. *Grew. mus. t. 11. f. 5, 6.*
Bonan. recr. 3. t. 31.
Rumph. mus. t. 20. f. H.
Pet. amb. t. 3. f. 1.
Gvalt. test. t. 68. f. C.
Argenv. conch. t. 9. f. H.
Kratzenst. Regenf. t. 3. f. 14.
Habitat in O. Asiatico.
- distortus. 547. T. testa umbilicata submucronata undique spinis lævibus.
List. conch. 4. f. 6. c. 6. t. 1. f. 1, 2.
Gvalt. test. t. 68. f. D.
Habitat . . .
Varietas procul dubio antecedentis.
- * * * * Cancellati.
- Scalaris. 548. T. testa cancellata conica: anfractibus distantibus,
Rumph. mus. t. 49. f. A.
Pet. amb. t. 2. f. 9.
Gvalt. test. t. 10. f. ZZ.
Argenv. conch. t. 14. f. V.
Habitat . . .
Varietas procul dubio sequentis, sed magnitudine, anfra-
ctibus omnino distantibus, solisque cingulis connexis
differt; pretiosissimus artis perditæ luxus.

Clathrus. 549. T. testa cancellata turrata, anfractibus contiguis lævibus.

Fn. suec. 1325.

List. conch. t. 588. *f.* 51.

Bonap. recr. 3. *t.* 111.

Rumph. mus. t. 29. *f.* W.

Gvalt. test. t. 58. *f.* H.

Klein. ostr. t. 3. *f.* 66.

Planç. conch. t. 5. *f.* 7, 8.

Habitat in O. Europæo, Americano.

Purpura violacea veterum, nec punicea, ab hac desumpta. Plançus.

crenatus. 550. T. testa subcancellata turrata: anfractibus contiguis supra crenatis. *M. L. U.*

Habitat . .

lacteus. 551. T. testa cancellata turrata: striis longitudinalibus elevatis confertis.

Habitat in M. Mediterraneo.

Testa similis T. Clathro, sed minor Gr. Hordei, striis elevatis, nec tamen membranaceis, & valde confertis; nivea.

striatulus. 552. T. testa subcancellata turrata: anfractibus contiguis cingulisque varicosis interceptis.

Habitat in M. Mediterraneo.

Testa magnitudine seminis Hordei alba, anfractibus cinclis striis membranaceis parvis, passimque rugis convexis callosis. Apertura minus orbiculata, fere obovata & subius subangulata.

Uva. 553. T. testa cancellata ovata obtusa: anfractibus contiguis: striis longitudinalibus imbricatis.

Pet. gaz. t. 27. *f.* 2. *Olivaris striata fasciata.*

Gvalt. test. t. 58. *f.* D.

Habitat . .

corneus. 554. T. testa umbilicata: anfractibus teretiusculis decussato-striatis, apertura reflexa. *M. L. U.*

Habitat . .

reflexus. 555. T. testa umbilicata convexo-prominula, anfractibus teretibus substriatis, apertura reflexa.

Habitat in Europa australi.

Lincina. 556. T. testa oblonga obtusa rugoso-striata, apertura limbo dilatato plano crenato.

List.

List. conch. t. 26. f. 24.

Sloan. jam. 2. t. 240. f. 12, 13.

Klein. ostr. t. 3. f. 71.

Brown. jam. t. 40. f. 5.

Habitat in Jamaica. Terrestris.

* * * * * *Turriti proprie dicti.*

imbrica- 557. T. testa turrita: anfractibus deorsum imbricatis.
tus. *Bonap. recr. 3. t. 118.*

Gualt. test. t. 58. f. E.

Habitat in Jamaica.

replica- 558. T. testa turrita lævi: anfractibus sursum imbricatis.
tus. *Argenv. conch. t. 14. f. E.*

Habitat . .

acutaugu- 559. T. testa turrita: anfractibus carina unica majore
lus. acuta.

Bonap. recr. 3. t. 117.

Gualt. test. t. 58. f. B.

Habitat . .

duplica- 560. T. testa turrita: anfractibus carinis duabus acutis.
tus. *Bonap. recr. 3. t. 114.*

List. angl. 160. t. 3. f. 7.

Gualt. test. t. 58. f. C.

Argenv. conch. t. 14. f. C.

Habitat in O. Europæo.

exoletus. 561. T. testa turrita: anfractibus carinis duabus obtusis
distantibus.

Bonap. recr. 3. t. 113.

Habitat in Europa australi.

Terebra. 562. T. testa turrita: anfractibus carinis sex acutis.

Fa. succ. 1322.

Columb. aqu. t. 53. f. 2.

Bonap. recr. 3. t. 115.

Rumph. mus. t. 30. f. M.

Gualt. test. t. 58. f. A.

Argenv. conch. t. 14. f. D.

Habitat in O. Europæo.

563. T.

- variegatus. 563. T. testa turrata: anfractibus planiusculis: striis septem obsoletis.
Bonan. recr. 3. t. 112.
Habitat . .
- ungulinus. 564. T. testa turrata: anfractibus striis decem exoletis.
Habitat in O. Europæo.
- annulatus. 565. T. testa turrata: anfractuum sutura marginata prominente †
Gvalt. test. t. 58. f. L.
Habitat . .
- bidens. 566. T. testa turrata pellucida: anfractibus contrariis sutura subcrenata, apertura postice bidendata.
Gvalt. test. t. 4. f. C.
Habitat in Europa australi; terrestris.
- perverius. 567. T. testa turrata pellucida: anfractibus contrariis, apertura edentula.
Fa. svec. 1300.
List. angl. 124. t. 2. f. 11.
Habitat in Europæ muscosis; terrestris.
- muscorum. 568. T. testa turrata obtusa pellucida: anfractibus secundis, apertura edentula.
Fa. svec. 1301. *It. æl.* 99.
List. angl. 121. t. 2. f. 6.
Habitat in Europæ muscosis; terrestris.
- auriscalpium. 569. T. testa turrata alba lævissima, apertura porrecta planiuscula concava obtusa.
Argenv. conch. t. 32. f. 19?
Habitat in M. Mediterraneo. *F. Logie.*
Testa subulata, lactea, glaberrima, 7 f. 8 spirarum.
Apertura dilatata auriscalpium referens; Labro porrecto, obtuso, concavo, marginato.
- politus. 570. T. testa turrata imperforata glaberrima, apertura ovata.
Habitat in M. Mediterraneo.
Testa Gr. Hordei magnitudine, albissima, opaca nec pellucida, nitidissima, anfractibus linea excavata tenui interstinctis.

293. HELIX. *Animal* Limax.

Testa univalvis, spiralis, subdiaphana, fragilis.

Apertura coarctata, intus lunata s. subrotunda: segmento circuli demto,

* Ancipites, *testa longitudinaliter utrinque angulata.*

Scarabæus.

571. H. *testa* ovata subancipiti, *apertura* dentata.

List. conch. 4. f. 5. c. 5. t. 1. f. 1, 2.

Bonon. recr. 3. t. 385.

Rumph. mus. 91. t. 27. f. 1. Cochlea imbrium.

Pet. gaz. t. 4. f. 10.

Gvalt. test. t. 4. f. 5.

Argenv. conch. t. 12. f. T.

Klein. ostr. t. 1. f. 23.

Habitat in *Asiæ montibus.*

* * Carinatae *anfractibus margine acuto.*

Lapicida. 572. H. *testa* carinata umbilicata utrinque convexa, *apertura* marginata transversali ovata.

Fn. svec. 1298.

It. wgoth. 27.

List. angl. 126. t. 2. f. 14.

Habitat in *Europæ rupibus terrestribus; ut Larvæ lignum, sic calcem rodens.*

Oculus capri.

573. H. *testa* subcarinata umbilicata convexa, *apertura* marginata.

Rumph. mus. t. 27. f. O.

Pet. gaz. t. 76. f. 6.

Klein. ostr. t. 1. f. 11.

Habitat in *Asiæ arboribus.*

Albella.

574. H. *testa* carinata umbilicata planiuscula: subtus gibba, *apertura* semicordata.

Fn. svec. 1299.

It. æl. 65.

Gvalt. test. t. 3. f. Q.

Habitat in *Europæ rupibus.*

striatula.

575. H. *testa* subcarinata umbilicata convexa striata, subtus gibbosiore, *apertura* subrotundo-lunata.

Habitat *Algiæ. E. Brander.*

Testa *grisea anfractibus transverse striatis. Umbilicus patulus.*

576. H.

- algira. 576. H. testa subangulata umbilicata convexa; anfractibus
 senis, umbilico pervio.
Habitat in Mauritania. E. Brander.
Differt a priori anfractibus 6, nec 4; umbilico paten-
tissimo, nec tenui; anfractuum angulo obtuso, nec
patulo.
- Leucas. 577. H. testa subcarinata umbilicata convexa laevi: subtus
 gibbosa, umbilico minutissimo, apertura subrotundo-
 lunata.
Habitat in Africa. E. Brander.
Testa albida: supra fascia; subtus lineis purpurascen-
tibus.
- Planor- 578. H. testa subcarinata umbilicata plana: supra concava,
 bis. apertura oblique ovata utrinque acuta.
Fn. suec. 1306.
List. angl. 145. t. 2. f. 27. - - conch. 2. t. 138. f. 42.
Pet. gaz. t. 10. f. 11.
Gualt. test. t. 4. f. EE.
Klein. ostr. t. 1. f. 8.
Habitat in Europæ stagnis.
- compla- 579. H. testa deorsum carinata umbilicata convexa: subtus
 nata. plana, apertura renucordata.
Fn. suec. 1308.
Habitat in Europæ aquis dulcibus.
- ringens. 580. H. testa subcarinata imperforata convexa, apertura ob-
 longa: labio postice quadruplicato.
Roman. recr. 3. t. 330.
Argenv. conch. t. 32 f. 13.
Habitat . . e Museo Tessiniano.
Testa magnitudine H. laevius, sed magis convexa, li-
vida, anfractu in medio carinato albo. Apertura H.
Carocolle, extrorsum dilatato-marginata, elongata
Labio postico intus plicis 4, sulcis 3.
- Carocol- 581. H. testa carinata imperforata convexa,
 la. *Argenv. conch. t. 11. f. D.*
Habitat . . terrestris.
Simillimus H. Lapicide, sed magnitudine volensanus, nec
ut illa, tantum extimi digiti.

- Cornu militare. 582. H. testa subcarinata imperforata convexa, apertura paulo-marginata.
Gvalt. test. t. 3. f. I.
Habitat . . terrestris.
- Vortex. 583. H. testa carinata plana : supra concava, apertura ovali.
Fn. svec. 1307.
List. angl. 145. t. 2. f. 28.
Gvalt. test. t. 4. f. GG.
Habitat in Europæ stagnis.
- scabra. 584. H. testa subcarinata imperforata ovata acuminata striata. *M. L. U.*
Habitat . .
Testa fasciis fascis dissectis : in inferiore anfractu linea elevata.
- gothica. 585. H. testa carinata utrinque convexa cornea : fasciis subferrugineis.
Habitat in Sveciæ nemoribus.
- Gualtierana. 586. H. testa carinata imperforata depresso decussatim striata, apertura utrinque acuta. †
Gvalt. test. t. 68. f. E.
Habitat . .
- * * * Rotundatæ anfractibus & umbilicatæ.
- cornea. 587. H. testa supra umbilicata plana nigricans, anfractibus quatuor teretibus.
Fn. svec. 1304.
List. angl. 143. t. 2. f. 26. - - exercit. 2. p. 59.
Gvalt. test. t. 4. f. DD.
Argenv. conch. t. 31. f. 7. c.
Habitat in Europæ aquis dulcibus.
- spirorbis. 588. H. testa utrinque concava plana albida, anfractibus quinque teretibus.
Fn. svec. 1305.
Habitat in Europæ Lacubus, magnitudine Sem. Anethi.
- contorta. 589. H. testa subumbilicata plana utrinque æquali, apertura lineari arcuata.
Fn. svec. 1309.
Habitat in Europæ stagnis supra plantas.

- Cornu
arietis. 590. H. testa umbilicata planiuscula, apertura ovali.
List. conch. t. 136. f. 40. Cochlea marina compressa.
Argenv. conch. t. 11. f. E.
Klein. ostr. t. 1. f. 7.
Habitat in O. Europæo.
- hispida. 591. H. testa umbilicata convexa hispida diaphana, anfractibus quinis, apertura subrotundo-lunata.
Fn. svec. 1206.
Habitat in Svecia; terrestris.
- ampulla-
cea. 592. H. testa subumbilicata subrotunda glabra, anfractibus supra ventricosioribus, umbilico obtecto, apertura ovato-oblonga.
Rumph. mus. t. 27. f. Q.
Gvalt. test. t. 1. f. R.
Habitat in Asia; terrestris.
- Pomatia. 593. H. testa umbilicata subovata obtusa decolori, apertura subrotundo-lunata.
Fn. svec. 1293.
Gesn. aqu. 255.
Aldr. exsangu. 389.
List. angl. 111. t. 2. f. 1.
Swamm. bibl. t. 4. f. 2.
Gvalt. test. t. 1. f. A.
Argenv. conch. t. 32. f. 1.
Habitat in Angliæ, Galliæ nemoribus.
- glauca. 594. H. testa umbilicata subrotunda acuminata, labro marginato, apertura ovali.
Habitat . . .
- Citrina. 595. H. testa umbilicata convexa obtusa flavescens: fascia fusca.
Gvalt. test. t. 1. f. D.
Argenv. conch. t. 32. f. 10.
Habitat in Jamaica australi; terrestris.
- arbu-
storum. 596. H. testa umbilicata convexa acuminata, apertura suborbiculari bimarginata: antice elongata.
Fn. svec. 1295.
List. angl. 119. t. 2. f. 4 - - conch. 1. n. 52.
Argenv. conch. t. 32. f. 8.
*Habitat in Europæ arbu-
stis.*

- ungulina. 597. H. testa umbilicata convexa, apertura marginata suborbiculata: supra elongata.
Rumph. mus. t. 27. f. R. Lapillus.
Habitat . .
- itala. 598. H. testa umbilicata convexa: anfractibus 5 teretibus, umbilico patulo.
Habitat in Europa australi.
Testa albida, fascia una alterave fusca.
- hispana. 599. H. testa umbilicata convexa, anfractibus 5 teretibus, umbilico tenui.
Habitat in Europa australi.
Testa colore corneo.
- lutaria. 600. H. testa umbilicata ovato-oblonga: interne coloratione, apertura subovata.
Habitat . .
- perversa. 601. H. testa subumbilicata ovato-oblonga contraria sulphurea.
Grew. mus. t. 10. f. 9.
Bonon. recr. 3. t. 116.
Pet. gaz. t. 44. f. 7.
Gvalt. test. t. 5. f. P. O.
Argem. conch. t. 12. f. G. B. Unique.
Habitat . . fluviatilis.
- * * * * Rotundatæ imperforatæ.
- janthina. 602. H. testa subimperforata subrotundâ obtusa diaphana fragilissima, apertura postice dilatata, labro emarginato.
Column. aquat. 23. t. 22. - - purp. t. 13. f. 2.
Bonon. recr. 3. t. 5.
Sloan. jam. t. 1. f. 4. ♂ t. 572. f. 23.
Rumph. mus. t. 20. f. 2.
Gvalt. test. t. 64. f. O.
Act. angl. 301. p. 2051. Cochlea colore speciosior.
Brown. jam. 399. t. 39. f. 2. Cochlea purpurea tenuis, ore ampliore.
Habitat in Europa, Asia, Africa; in M. Mediterraneo frequentior; etiam pelagica.
- Vivipara. 603. H. testa imperforata subovata obtusa cornea: cingulis fuscatis, apertura suborbiculari.

Fn. suec. 1312.

List. angl. 133. t. 2. f. 18. -- *exerc.* 2. p. 17. t. 2.
conch. 2. t. 126. f. 26.

Gualt. test. t. 3. f. 1.

Swamm. bibl. t. 9. f. 3.

Habitat in Europæ stagnis, argillosis imprimis.

nemora- 604. H. testa imperforata subrotunda lævi diaphana fascia-
lis. ta, apertura subrotundo-lunata.

Fn. suec. 1294. *It. æl.* 127. *It. wgoth.* 84.

List. angl. 116. t. 2. f. 3. -- *conch.* t. 1. n. 54.

Pet. mus. 5. n. 14.

Gualt. test. t. 1. f. P.

Habitat in Europæ arboribus.

lucorum. 605. H. testa imperforata subrotunda lævi fasciata, aper-
tura oblonga fusca.

Gualt. test. t. 1. f. C.

Habitat in Europæ arboribus.

grisea. 606. H. testa imperforata subovata obtusa grisea: fasciis
duabus pallidis, apertura oblongiuscula.

Gualt. test. t. 1. f. B.

Habitat in Europa australi; terrestris.

Hæma- 607. H. testa imperforata subrotunda fusca: fascia longi-
stoma. tudinali alba, apertura purpurea.

Habitat . .

* * * * * *Oblongæ turritæ imperforata.*

decolla- 608. H. testa imperforata subturrata: spira mutilato-trun-
ta. cata, apertura obovata.

Pet. gaz. t. 66. f. 1.

Gualt. test. t. 4. f. O. P. Q.

Argenv. conch. t. 31. f. 5.

Habitat in Europa australi, Oriente; terrestris.

Testa apice transversim abscissa & consolidata est.

Pupa. 609. H. testa subimperforata ovato-oblonga rudi, anfracti-
bus fenis, apertura lunato-oblonga.

Habitat in Mauritania. E. Brander.

barbara. 610. H. testa imperforata oblonga rudi; anfractibus octo-
nis, apertura subrotundo-lunata.

Habitat Algirix. E. Brander.

Testa precedentii similis, sed dimidio minor s. Hordei semine paulo major; infima apertura sabrus saepe fascia grisea cincta.

- Amarula. 611. H. testa imperforata oblonga, anfractibus spinosodentatis.
Rumph. mus. t. 33. f. FF. Voluta fluviatilis.
Argenv. conch. t. 31. f. 6. β.
Habitat in Asiæ fluviis.
- stagnalis. 612. H. testa imperforata ovato-subulata subangulata, apertura ovata.
Fn. suec. 1310.
Pet. mus. t. 82. n. 85.
List. angl. 137. t. 2. f. 21. - - conch. 2. t. 123. f. 21.
Guale. test. t. 5. f. 1.
Frisch. inf. 8. t. 7.
Habitat in Europæ stagnis.
- fragilis. 613. H. testa imperforata ovato-subulata tereti pellucida, apertura ovato-oblonga.
Fn. suec. 1311.
Habitat in Europa.
- putris. 614. H. testa imperforata ovata obtusa flava, apertura ovata.
Fn. suec. 1317.
Bonon. recr. 3. t. 54?
Tulv. obs. 2. o. t. 201.
List. angl. 140. t. 2. f. 24. - - conch. t. 123. f. 23.
Klein. ostr. t. 3. f. 70.
Habitat in Europæ stagnis.
- limosa. 615. H. testa imperforata oblongiuscula pellucida, apertura ovata.
Fn. suec. 1314.
Habitat in Europæ paludibus.
- tentaculata. 616. H. testa imperforata ovata obtusa impura, apertura subovata.
Fn. suec. 1313.
List. angl. 135. t. 2. f. 19.
Habitat in Europæ stagnis.
- Auricularia. 617. H. testa imperforata ovata obtusa, spira acuta brevissima, apertura ampliata.

Fn. svec. 1315.

List. angl. 139. t. 2. f. 23. - - *exerc.* 2. p. 54.

conch. 2. t. 123. f. 32.

Argenv. conch. t. 31. f. 7.

Klein. ostr. 54. t. 3. f. 69.

Habitat in Europæ fluviiis, stagnis.

balthica. 618. H. testa imperforata ovata acuminata, rugis elevatis, apertura ovata ampliata.

Fn. svec. 1316. *It. gotl.* 261.

Habitat ad M. Balthici littora.

Neritoides. 619. H. testa imperforata convexa longitudinaliter striata, rima umbilicali, apertura subrotunda. *M. L. U.*

Gvalt. test. t. 64. f. I.

Habitat . .

Testa livida.

perspicua. 620. H. testa imperforata convexo-ovata, labro nullo, apertura ad apicem usque hiante. *M. L. U.*

Habitat . .

Testa pellucida, lactea.

Haliotides. 621. H. testa imperforata depresso-planiuscula, apertura ovali dilatata usque in apicem.

Pet. gaz. t. 12. f. 4.

Rumph. mus. t. 40. f. R.

Gvalt. test. t. 69. f. F.

Argenv. conch. t. 8. f. D.

Habitat in M. Mediterraneo, Americano.

Testa lactea, pellucida, in apicem usque perspicua uti Haliotis, sed tragus non pertusus.

ambigua. 622. H. testa subimperforata convexa: fulcis remotis compressis, apertura semiorbiculari.

Habitat in M. Mediterraneo.

Testa parva Neritæ, alba, convexa; spira lateralis, obtusa; tota cingitur lineis remotis 6 ad 8 compressis, elevatis: apertura semiorbiculata; hinc etiam Neritæ, modo Labium interius non esset reflexum; umbilicus perforatus est in junioribus, in adultioribus vero nullus.

294. NERITA. *Animal* Limax.

Testa univalvis, spiralis, gibba, sub-
tus planiuscula.

• *Apertura* semiorbicularis: labio co-
lumellæ transverso, truncato,
planiusculo.

* Umbilicata.

Canrena. 623. N. testa umbilicata lævi, spira submucronata, umbi-
lico gibbo bifido.

Rumph. mus. t. 22. f. C. Valvata 4.

Gualt. test. t. 67. f. E, Q, R, S, V, X.

Argenv. conch. t. 10. f. C.

Kratzenst. Regensf. 10. t. 3. f. 34.

Habitat in O. Asiæ.

glaucina. 624. N. testa umbilicata lævi, spira obtusiuscula, umbili-
co semicirculo: lobo gibbo dicoloro.

List. conch. 4. f. 5. c. 1. t. 5. f. 1.

Rumph. mus. t. 22. f. A. Valvata lævis.

Gualt. test. t. 67. f. M, P, T.

Habitat in O. Europæo.

Vitellus. 625. N. testa umbilicata subglobosa, umbilico perforato
æquali.

Rumph. mus. t. 22. f. D. Valvata 5.

Habitat in O. Asiæ.

Albumẽ. 626. N. testa umbilicata convexa, umbilico subcordato:
lobo explanato.

List. conch. 4. f. 5. c. 3. f. 1, 2.

Rumph. mus. t. 22. f. B. Vitellus compressus.

Gualt. test. t. 67. f. A, B.

Argenv. conch. t. 10. f. T.

Kratzenst. Regensf. 20. t. 5. f. 54.

Habitat in O. Asiæ.

Mam- 627. N. testa umbilicata ovata glabra, umbilico obtecto,
milla. apertura ovata

Column. arv. t. 52. f. ult. Cochlea nivea.

List. conch. 4. f. 5. c. 3. t. 1. f. 3, 4.

Rumph. mus. t. 22. f. E. Valvata 7: Albula.

Gvalt. test. t. 67. f. C, D

Argenv. conch. t. 10. f. X. Uber tenue.

Habitat ad Barbados.

* * Imperforatæ labio edentulo.

nodosa. 628. N. testa nodosa pluribus ordinibus solida, labro angulato.

Bonn. recr. 3. t. 173, 174.

List. conch. t. 804. f. 13.

Gvalt. test. t. 66. f. BB.

Klein. ostr. 17. t. 1. f. 30.

Habitat . .

Affinis Murici Nodo tota structura, sed postice lacuna destituta, qua neglecta ruerent genera.

Corona. 629. N. testæ anfractibus coronatis spinis, labiis edentulis.

Rumph. mus. t. 22. f. O. Valvata spinosa.

Pet. amb. t. 3. f. 4.

Argenv. conch. t. 10. f. 2.

Habitat in Asiæ fluviiis.

Radula. 630. N. testa sulcata tuberculis æqualibus, labiis edentulis. M. L. U.

Habitat . .

cornea. 631. N. testa obsolete striata, labiis edentulis.

Argenv. conch. t. 10. f. M.

Habitat . .

fluvialis. 632. N. testa rugosa, labiis edentulis.

Fn. suec. 1318.

List. angl. 136. t. 2. f. 20.

conch. 2. p. 1. t. 38.

Pet. mus. 67. n. 718.

Habitat in Europæ cataractis.

littoralis. 633. N. testa lævi, vertice carioso, labris edentulis.

Fn. suec. 1320, 1319. It. xl. 261.

List. angl. 164. t. 2. f. 3.

conch. t. 4. f. 8. f. 39.

Pet. mus. 67. n. 717.

Habitat ad Maris Europæi littora scopulosque, modis innumeris variegata.

- lacustris. 634. N. testa læviuscula cornea, apice exquisito, labiis edentulis.
Habitat in Europæ lacubus.
Testa similis N. litorali, sed cornea, nec vertice cariolo.
- * * * Imperforatæ labio dentato.
- bidens. 635. N. testa lævi, labio interiore bidentato. *M. L. U.*
Habitat . .
- viridis. 636. N. testa lævi viridi, labio interiore medio crenulato.
Brown. jam. 399. N. minima viridis.
Habitat ad Minorcam, Jamaicam. E. Brander.
Testa parva admodum, viridis, interdum fusco lacteoque undata, ad labium albo-maculata.
- virginea. 637. N. testa lævi ovata, labio interiore gibbo denticulato.
Bonan recr. 3. t. 204.
Pet. gaz. t. 11. f. 3.
Habitat in M. Mediterraneo.
- polita. 638. N. testa lævi, labiis utrisque dentatis.
Rumph. mus. t. 22. f. I, 2. Valvata alpina.
Gvalt. test. t. 66. f. C.
Argenv. conch. t. 10. f. K.
Kratzenst Regensf. 16. t. 4. f. 43.
Habitat in O. Asiæ.
- Peloron-639. N. testa striata, labiis dentatis : interiore planiusculata.
 ta.
Rumph. mus. t. 22. f. K. Valvata 2 fasciata.
Habitat in O. Asiæ ad Bandam.
- Albicilla. 640. N. testa striata, labiis subdentatis : interiore tuberculato.
Rumph. mus. t. 22. f. 8.
Habitat ad Hitoe.
- Histris. 641. N. testa sulcata transverseque striata, labio interiore dentato.
Rumph. mus. t. 22. f. 6.
Habitat . .

- plicata. 642. N. testa fulcata, labiis dentatis: interiore rotundato; exteriori utrinque dentibus acutis conicis. *M. L. U.*
Habitat . . .
- grossa. 643. N. testa fulcata, labiis dentatis: interiore convexo rugoso.
Rumph. mus. t. 22. f. N.
Gvalt. test. t. 66. f. V.
Habitat in O. Asiæ.
- Chamæleon. 644. N. testa fulcata fulcis viginti, labiis dentatis: interiore rugoso tuberculato.
Rumph. mus. t. 22. f. L. Valvata 3 undulata.
Argenv. conch. t. 10. f. Q.
Kratzenst. Regensf. 12. t. 3. f. 26.
Habitat in O. Asiæ ad Bandam.
- undata. 645. N. testa fulcata fulcis triginta, labiis dentatis: interiore rugoso tuberculato.
Rumph. mus. t. 22. f. 4.
Gvalt. test. t. 66. f. X.
Habitat in O. Asiæ ad Amboinam.
Differt a precedenti etiam apice magis prominente, & fasciis latiusculis, nec tenuibus striis.
- Exuvia. 646. N. testa fulcata, labiis dentatis: interiore tuberculato.
Bonnæ. recr. 3. t. 220.
List. conch. 4. f. 1. c. 1. t. 2. f. 5.
Rumph. mus. t. 22. f. M.
Pet. gaz. t. 100. f. 6.
Gvalt. test. t. 66. f. CC.
Argenv. conch. t. 10. f. I.
Habitat in O. Americæ & Asiæ.

295. HALIOTIS. *Animal* Limax.

Testa auriformis, patens: Spira oculata laterali; Disco longitudinaliter poris pertuso.

- Midæ. 647. H. testa subrotunda utrinque nitida.
Gvalt. test. t. 69. f. B.
Habitat . . .

648. H.

- tubercu- 648. H. testa subovata, rugis transversis tuberculatis.
lata. *Fn. suec.* 1326. Haliotis striata rugosa.
Rond. pisc. 5. Auris marina.
Bell. aquat. 395.
Aldr. exsang. 551. f. 1, 2.
Bonan. recr. t. 91. f. 1, 2.
List. angl. 167. t. 3. f. 16.
conch. 614.
Habitat in O. Europæo.
- striata. 649. H. testa ovata transversim rugosa longitudinaliter
striata.
Habitat in O. Asiæ.
- varia. 650. H. testa ovata, striis longitudinalibus: majoribus tu-
berculatis.
Habitat . .
- marmo- 651. H. testa ovata, striis longitudinalibus; transversis
rata. obsoletis.
Argenv. conch. t. 7. f. B.
Habitat in O. Africano.
- asinina. 652. H. testa oblonga extra foramina angulata, striis ele-
vatis.
Rumph. mus. t. 40. f. E, F.
Gvalt. test. t. 69. f. D.
Argenv. conch. t. 7. f. E.
Kratzenst. Regens. t. 9. f. 20.
Habitat in O. Indiæ.
- parva. 653. H. testa ovata, angulo inter foramina & spiram.
Habitat in O. Africano.
*Haliotides precedentes valde affines & forte omnes tan-
tum varietates.*

296. PATELLA. *Animal* Limax.

Testa univalvis, subconica, abs-
que spira.

* Labiatae f. labio interno instructæ.

- equestris. 654. P. testa integra orbiculata, labio fornicali perpendi-
culari.

Rumph. mus. t. 40. f. P, Q.

Pet. amb. t. 16. f. 28.
Gvalt. test. t. 9. f. X.
Argenv. conch. t. 6. f. K.
Habitat in O. Indico.

Neritoides 655. P. testa integra ovata apice subspirali, labio laterali.
 dea. *M. L. U.*
Habitat . .

chinesis 656. P. testa integra subconica lævi, labio laterali.
 Bonan. recr. 1. 7. 12.
List. conch. 4. f. I. c. 7. f. 3.
Argenv. conch. t. 6. f. F. Pileus chinensis.
Habitat in M. Mediterraneo.

porcellana 657. P. testa integra ovali, apice recurvo, labio postico
 plano.
Rumph. mus. t. 40. f. O.
Habitat in O. Indiæ.

fornicata 658. P. testa integra ovali postice oblique recurva, labio
 postico concavo.
Gvalt. test. t. 69. f. H?
Argenv. conch. t. 6. f. N.
Habitat ad Ilvam insulam.
Differt a precedenti spira laterali, labioque conca-
vo albo.

* * Dentatæ f. basi margine angulatæ.

laciniosa 659. P. testa radiis elevatis inæqualibus: extus crassioribus
 obtusis.
Rumph. mus. t. 40. f. C.
Argenv. conch. t. 6. f. O.
Habitat in India.

saccharina 660. P. testa angulata: costis septenis carinatis obtusis.
 Bonan. kirch. 1. t. 32.
List. conch. 4. f. I. c. 3. t. I. f. 1, 2.
Rumph. mus. t. 40. f. B.
Pet. amb. t. 3. f. 3.
Gvalt. test. t. 9. f. I, M, O.
Argenv. conch. t. 6. f. M.
Klein. ostr. t. 8. f. 4.
Habitat ad Barbados.

barbara. 661. P. testa dentata : costis novendecim elevatis fornicato-muricatis. *M. L. U.*

Habitat . .

granularis. 662. P. testa dentata : striis elevatis mucronibus imbricatis.

List. conch. 4. f. 1. c. 3. t. 3. f. 2.

Gualt. test. t. 9. f. F.

Argenv. conch. t. 6. f. H.

Kratzenst. Regensf. 8. t. 2. f. 24.

Habitat in O. Europæ australis.

granatina. 663. P. testa angulata : striis undecim lævibus.

List. conch. 4. f. 1. c. 3. t. 2. f. 3, 4.

Argenv. conch. t. 6. f. G.

Kratzenst. Regensf. t. 9. f. 31.

Habitat in O. Europæ australis.

vulgata. 664. P. testa subangulata : angulis quatuordecim obsoletis, margine dilatato acuto.

Faun. Svec. 1291.

List. angl. 195. t. 5. f. 40. mala.

Gualt. test. t. 8. f. Q.

Habitat in O. Europæ rupibus saxis, frequens.

Testa subtus colore testudinis.

cærulea. 665. P. testa subangulata : striis numerosis inæqualibus, subtus cærulea.

Habitat in M. Mediterraneo.

tuberculata. 666. P. testa subdentata conica tuberculata : postice retusa.

Habitat . .

* * * *Mucronatæ vertice acuminato recurvo.*

ungarica. 667. P. testa integra conico-acuminata striata : vertice hamosè revoluto.

Gualt. test. t. 9. f. V, W.

Klein. ostr. t. 8. f. 10.

Habitat in M. Mediterraneo.

mammillaris. 668. P. testa integra conica striata subdiaphana, vertice reflexo lævi.

List. conch. t. 537. f. 17.

Klein. ostr. t. 8. f. 1.

Habitat in M. Mediterraneo.

- pectinata- 669. P. testa integra ovata: striis rugosis subramosis, vertice subcentrali reflexo mucronato.
Klein. ostr. t. 8. f. 1.
Habitat in M. Mediterraneo.
Testa opaca; intus laevis testudinea; extus striis numerosis, longitudine inaequalibus.
- lutea. 670. P. testa integra, ovali convexa striata, vertice submarginali reflexo mucronato. *M. L. U.*
Habitat . . .
Vertex prope marginem exteriorem residet.
- unguis. 671. P. testa integerrima oblonga margine antico retusa, vertice mucronato carinato.
Rumph. mus. t. 40. f. L.
Pet. gaz. t. 32. f. 9.
Habitat in Amboina ad littora, sub Arena.
- lacustris. 672. P. testa integerrima ovali membranacea, vertice mucronato reflexo.
Faun. suec. 1292.
List. angl. 151. t. 2. f. 32.
Gvalt. test. t. 4. f. AA.
Habitat in Europæ aquis dulcibus, adherens plantis.
- * * * * Integerrimæ absque vertice mucronato.
- pellucida. 673. P. testa integerrima obovata gibba pellucida: radiis quatuor caeruleis.
Habitat in M. Mediterraneo. E. Brander.
Testa facie P. lacustris, sed major muticæque; livida, glaberrima radiis caeruleis nitidissimis; ad posticum marginem quasi vertex obsoletus est.
- testudina- 674. P. testa integerrima ovata laevi glaberrima.
 ria. *List. conch. 4. f. 1. c. 2. t. 2.*
Gvalt. test. t. 8. f. B.
Argenv. conch. t. 6. f. P.
Habitat . . .
- compressa. 675. P. testa integerrima ovali oblonga laevi: dorso compressa.
Habitat . . . e Museo Tessiniano.
Testa e maximis, flava.
- rustica. 676. P. testa integerrima conica, striis quinquaginta obtusis. *List.*

List. conch. 4. f. 1. c. 4. t. 1.

Gvalt. test. t. 8. f. P. t. 9. f. C?

Habitat . .

fusca. 677. P. testa integerrima ovata obtusa: striis elevatis.
M. L. U.
Habitat . .

notata. 678. P. testa integra striata: vertice submucronato erecto,
intus alba: macula atra cordata medio albida.

Habitat in M. Mediterraneo.

*Testa striis elevatis levibus fuscis; Intus alba margine
fusco maculato; sub fornice macula spatulata nigra,
medio alba.*

cruciata. 679. P. testa integerrima ovali subconvexa fusca cruce
alba picta. M. L. U.

Habitat . .

reticulata. 680. P. testa integra conica compressa venoso-reticulata,
Habitat in M. Mediterraneo.

* * * * * Perforatæ vertice.

Fissura. 681. P. testa ovali striato reticulata, vertice recurvo, an-
tice fissa.

List. conch. t. 543. f. 28.

Klein. ostr. 116. Patella reticulata exigua alba, fissura
notabili in margine.

Habitat ad Angliam rarius. *Lister*; ad Algeriam fre-
quentior. *E. Brander.*

*Testa fissura linearis, a margine antico ad lateris me-
dium incisa.*

Pustula. 682. P. testa ovali gibboso-convexa striato-reticulata,
margine crenulato, vertice perforato.

Klein. ostr. t. 8. f. 3

Habitat in M. Mediterraneo. *Brander.*

*Testa simillima precedenti, apertura margini postico
propior.*

græca. 683. P. testa ovata convexa: margine introrsum crenula-
to, vertice perforato.

Bonon. recr. 1. t. 6.

Tournef. iter. 1. t. 94.

Gvalt. test. t. 9. f. N.

Kratzsch. Regensf. 8. t. 2. f. 23.

Habitat in M. Mediterraneo.

nimbofa. 684. P. testa ovata striata rugosa fusca, vertice oblongo-perforato.

List. conch. 4. f. 1. c. 1. t. 1, 2.

Gvalt. test. t. 9. f. P, Q, R, S, T.

Argenv. conch. t. 6. f. 1.

Habitat in M. Europæ australis, Americæ.

Nubecu-685. P. testa subovata rugosa alba rubro radiata, vertice ovato-perforato.

Habitat in M. Mediterraneo frequens.

Differt a precedenti testa minore, altiore, alba rubro radiata, apertura minus oblonga & intus fusca.

297. DENTALIUM. *Animal . . .*

Testa univalvis, tubulosa, recta, monothalamia, utraque extremitate pervia.

Elephan-686. D. testa angulata subarcuata continua.
tinum.

Bonan. recr. 1. t. 8.

List. conch. 4. f. 2. f. 3.

Rumph. mus. t. 41. f. 1. Denticulus elephantis;

Pet. amb. t. 16. f. 33.

gaz. t. 13. f. 9.

Gvalt. test. t. 10. f. 1.

Argenv. conch. t. 7. f. H.

Habitat in Oceano Indico, Europæo.

Dentalis. 687. D. testa striata subarcuata interrupta.

Rumph. mus. t. 41. f. 6.

Habitat in M. Mediterraneo.

Testæ apex valde acuminatus & ruber est.

Entalis. 688. D. testa tereti subarcuata continua,

Favn. suec. 1327.

Bonan. recr. 1. t. 9.

List. conch. 4. f. 2. f. 3.

Rumph. mus. t. 41. f. 5.

Gvalt. test. t. 10. f. F.
Argenv. conch. t. 7. f. K.
Habitat in O. Europæo, Indico.

minutū. 689. D. testa tereti erectiuscula lævi minuta.
Planc. conch. t. 2. f. 2.
Habitat in M. Mediterraneo.
Testa tam parva, ut genus nisi armatis oculis non con-
spiciatur.

298. SERPULA. *Animal* Teredo. *Column. aqu.*
t. 22. f. 4. Ellis cor. t. 38.
f. 2.
Testa univalvis, tubulosa, adhærens,
fæpe isthmis integris passim in-
tercepta.

Semīnu- 690. S. testa regulari ovali libera glabra.
 lum. *Planc. conch. t. x. f. 1?*
Gvalt. test. t. 10. f. S.
Habitat in M. Adriatico; minuta.
Testa recedit a congeneribus quod libera sit nec adha-
reat aliis corporibus, quamvis anfractus inter se uniti,
& quod apertura in mea non conspicua.

planorbis. 691. S. testa regulari orbiculata plana æquali.
Habitat in Conchis pelagicis.
Testa vix manifesta, nisi squamula orbiculata arcte ad-
nata, absque omni spirarum rudimento externo, at
fracta dilcedens horizontaliter, intus ostendit spiram
peregrine testa, cui insedebat, insculptam, tanquam
circulos concentricos.

spirillum. 692. S. testa regulari spirali orbicula pellucida, anfractibus
 teretibus sensimque minoribus.
Planc. conch. t. 1. f. 8.
Habitat in Oceano super Sertularias & Zoophyta alia.
Differt a sequenti, cui simillima, quod triplo minor;
quod pellucida, nec opaca; quod ad latus inferius
vix manifeste canaliculata; quodque anfractus omni-
no teretes, nec a latere centrum respiciente obsolete
canaliculati.

- spiror- 693. S. testa regulari spirali orbiculata, anfractibus supra
bis. introrsum subcanaliculatis sensimque minoribus.
It. wgoth. t. 170.
Planc. conch. 18. n. 3.
Gvalt. test. t. 10. f. O.
List. conch. 4. f. 3. t. 2.
Habitat in Oceani & Pelagi Fucis, Zoophytis.
- triquetra. 694. S. testa repente flexuosa triquetra.
It. wgoth. 170.
Gvalt. test. t. 10. f. P.
E. N. C. 1727. p. 315. t. 10.
Habitat in Oceano supra Testas, Lapides, Naves, Fucos.
- intricata. 695. S. testa filiformi scabra tereti flexuosa.
*Habitat in M. Mediterraneo super Pinnas aliaque re-
crementa marina.*
*Testa iustar filu tenuioris varie flexa, cinerea, oculo
armato valde rudis & fere scabra observanda.*
- contortu- 696. S. testa semitereti rugosa glomerata.
plicata. *Habitat in O. Europæo.*
- glomerata. 697. S. testa tereti decussato-rugosa glomerata.
ta. *Fu. suec. 1328.*
Gvalt. test. t. 10. f. T.
Argenv. conch. t. 29. f. B.
Habitat in O. Europæo.
- lumbri- 698. S. testa tereti flexuosa: apice spirali acuto.
calis. *List. conch. 4. f. 3. f. 1.*
Rumph. mus. t. 41. f. I.
Gvalt. test. t. 10. f. Q.
Argenv. conch. t. 29. f. I.
Habitat in Indiis.
- arenaria. 699. S. testa subangulata articulata integra distincta.
Bonan. recr. 1. t. 20. f. C.
Rumph. mus. t. 41. f. E. Solen arenarius.
Gvalt. test. t. 10. f. L. N.
Habitat in Indiis.
- anguina. 700. S. testa teretiuscula, fissura longitudinali subarti-
culata.

- Rumph. mus. t. 41. f. H. Solen anguinus.*
Argenv. conch. t. 29. f. H.
 β. *List. conch. 4. f. 3. f. 2.*
Rumph. mus. t. 41. f. 2.
Gvalt. test. t. 10. f. Z.
Habitat in India.
Polymorpha, sed distinctissima rima sua articulata, quom-
vis magnitudine diversissima.

Penis ♀ 701. S. testa tereti recta extremitate radiata : disco poris
 cylindricis.

- Bonax. kirch. I. t. 38.*
List. conch. 4. f. 3. f. 3.
Rumph. mus. t. 41. f. 7.
Gvalt. test. t. 10. f. M.
Argenv. conch. t. 7. f. G.
Habitat ad Amboinam.

Penicil- 702. S. testa tereti uscula recta basi flexuosa. †
 lus. *Ellis corall. 92. t. 34.*

Habitat in M. Mediterraneo ad Melitam.

ringens. 703. S. testa tereti recta punctato-arenacea. Fig. 8.

Baker. micr. t. 8. f. 2, 3, 4, 5.

Schæff. monogr. 1755.

Habitat in Europæ Lacubus frequens; minuta.

Testa Dentalii structura, sed basi tenuiore fixa, ex
arenulis confectis constructa, minima oculo armato
dignoscenda. Animalculum refert florem didynamiam.

IV. LITHOPHYTA.

Animalia Mollusca composita, pullulantia e Corallio Lapideo subjecto, cui inserta, quodque ædificant.

299. TUBIPORA. Animalia Nereides.

Corallium tubis subcylindricis, lævibus, basin usque cavis.

musica. 1. T. corallio cylindris parallelis combinatis: dissepimentis planis lævibus remotis.

Hort. cliff 481. Tubipora membranis transversis tubos perpendiculares connectens.

Tournef. inst. 575. t. 342. Tubularia purpurea.

Edw. av. t. 93. f. 3.

Argenv. conch. 352. t. 29. f. A.

Morif. hist. 3. p. 657. f. 15. t. 10. f. 22.

Velsch. becaft. 44. t. 44. Tubularia coralloides.

Shaw. afr. 37. Madrepora tubis eleganter coagmentatis ruberrimis

Bauh. hist. 3. p. 808. f. 2. Alcyonium fistulosum rubrum.

Rumph. amb. 6. p. 236. t. 85. f. 2. Halcyonium rubrum indicum.

Habitat in Mari Indico, rubro.

infundibuliformis. 2. T. corallio turbinato infundibuliformi subprolifero.

Hort. cliff. 480. Madrepora cyathiformis turbinata interius prolifera.

Habitat in Pelago.

Verrucosa. 3. T. corallio subrotundo glomerato, tubis ovatis: ore subtridentatis.

Ellis corall. t. 27. f. e, E?

Habitat in M. Mediterranei *Algis*, sæpius ramulos cingens.

Corallium f. glomer albus oculo armato inspicendus ut ora tubulorum pateant.

- Urceus. 4. T. corallio urceolato subsimplici: ore sexdentato.
Schaff. monogr. 1755. t. 2. f. 7-9.
Habitat in Europæ aquis dulcibus.
- serpens. 5. T. corallio repente filiformi subramoso: tubis rigidis
 cylindricis distantibus erectis.
Habitat in M. Mediterranci Conchis, Fucis &c.
- repens. 6. T. corallio repente filiformi dichotomo: tubis flexilibus
 cylindricis distantibus erectis. *Fig. 5.*
Amœn. acad. 2. p. 63.
Bæck Aët. Stockh. 1746. t. 6. f. 3, 4?
Rœs. inf. app. polyp. t. 73, 74, 75.
Schaff. monogr. 1754. t. 1. f. 1, 2.
Habitat in Aquæ dulcis Plantis, in Nymphæa &c.
Mizuta.
- arenosa. 0. T. corallio tophoso poris adperso, intus cellulis con-
 camerato.
Ellis corall. 90. t. 36. Tubularia arenosa anglica.
Habitat in O. Europæo, frequens inter Angliam &
Belgium. J. F. Gronovius.
Annæi videtur Nereis esse.

300. MILLEPORA. *Animalia Hydræ.**Corallium tubis turbinatis, te-
retibus.*

- cellulosa. 7. M. corallio membranaceo contorto-reticulato.
*Hort. cliff. 480. Millepora membranacea rigida cellu-
 losa connata labyrinthiformis.*
Bauh. hist 3. p. 809. Eschara.
Raj. angl. 3. p. 31 n. 1. Eschara retiformis.
Bonan. kirch. t. 286. f. 10.
*Rumph. amb. 6. p. 247. t. 87. f. 5. Reticulum ma-
 rinum.*
Ginann. adriat. 9. t. 4. f. 9.
*Ellis corall. 71. t. 30. f. H, a. Eschara foliacea mil-
 lepora lapidea extremitatibus hinc inde irregulariter
 coalescentibus, utraque superficie ex cellulis ova-
 tis constans.*
Habitat in M. Numidico, Mediterraneo.

Membrana lapidea, alba, campanulato-turbinata, varie complicata, perforata foraminibus oratis inaequalibus in quincuncem; supra punctata; subtus laevis.

Liche- 8. *M. ramosissima plana: supra scabra porosa, subtus gla-*
noides. *bra, lateribus dilatatis.*

Habitat . . .

Rami ramosissimi in plano, facie Lichenis fruticulosi f. foliacei. Ramuli filiformes, teretiusculi, subcomplanati, supra scabri, subtus glabri, lateribus denticato-serratis. Pori inter scabritiem superiorem vix manifesti.

Dami- 9. *M. ramosa scabra, poris sparsis immerfis.*
cornis. *Gault. test. t. 104. Madrepora candida ramosa damæ cornua referens, foraminibus rotundis in superficie insignita.*

Rumph. amb. 6. t. 86. f. 3. Lithodendron litoreum.

Bach. hist. 3. p. 846. Corallium asperum candicans adulterinum.

Habitat in O. Asiatico.

Rami ramosi, breves, punctis subscabri. Pori sparsi, impressi, patentes interiori margine, fundo obtusi.

Alcicor- 10. *M. ramosa compressa, poris sparsis obsoletis.*
nis. *Morif. hist. 3. f. 15. t. 10. f. 26. Corallium albidum latum & compressum ad extrema tantum ramosum.*

Habitat . . .

Caulis pedalis, albus, compressus, varie ramosus, obtusus, fragilis. Pori sparsi, minimi, vix conspicui, remoti.

reticula- 11. *M. ramosissima: ramis linearibus compressis anastomofantibus: hinc poris prominulis confertissimis.*
ta. *Habitat in Mari Mediterraneo. D. D. Kähler.*

Caulis ramosissimus, instar Lichenis rangiferini, horizontalis; ramis passim connexis & reticulatis, linearibus, compressis, supra laevibus, subtus rectis quasi verrucis, in quibus pori confertissimi.

lineata. 12. *M. ramosissima dichotoma, poris per series digestis.*

Habitat . . .

Caulis filiformis, ramosissimus, divaricatus, concatenatis ramis. Pori per series longitudinales.

compres- 13. *M. ramis compressiusculis subdichotomis distantibus,*
sa. poris undique prominulis scabris.

Habitat in M. Mediterraneo. D. D. Kahler.

murica- 14. *M. ramosa, poris confertis stellatis prominentibus*
ta. erecto-truncatis.

Hort. cliff. 481. Millepora ramosissima, punctis sub-
tus semiovato-prominulis, ramis acutis.

Sloan. jam. 1. p. 51. t. 18. f. 3. Corallium album
porosum maximum muricatum.

Tournef. inst. 573. Madrepora erectior ramosa, tuber-
culis crebris sursum spectantibus.

Gualt. test. t. 81. Madrepora candida digitata, ramis
tenuioribus peracutis quasi dimidiatis & sursum spe-
ctantibus densissime exasperata.

Rumph. amb. 6. p. 239. t. 86. f. 1. Lithodendron
calcareum.

Morif. hist. 3. p. 566. f. 15. t. 10. f. 3. Porus albus
erectior ramosus, tuberculis crebris sursum spectan-
tibus.

β. *Mus. Tess. 116. Madrepora ramosa, ramis adspersis*
papillis subcylindricis apice introrsum magis hiantibus.

Habitat in Pelago Asiatico.

Rami varii, albi, striis exefis tecti, adspersi undique
mucronibus cavis latere superiore truncatis s. cochlea-
ribus, interne sere stellatis.

Eschara. 15. *M. membranacea undique adnata.*

Less. Act. Stockh. 1752. p. 111. f. 1-4. Millepora cru-
stacea plana adnata, punctis quincuncialibus.

Amen. acad. 1. p. 105. f. 19. Millepora membranacea
plana, punctis quincuncialibus.

Ellis corall. t. 25. f. e?

Habitat in Oceano Europæo & M. Balthico.

crustacea. 16. *M. crustacea parasitica indivisa, tuberculis gibbis sca-*
bris imbricatis, poris radiatis.

Ellis corall. 75. t. 27. f. F.

Habitat in M. Mediterranei Algis.

Crusta constat quasi tuberculis, convexis, equalibus: sin-
gulis poro laterali, e quo, ubi perfectus, setæ 5 bre-
ves prominent, quarum quæ margini inferius insident
reliquis longiores.

- 301, MADREPORA. *Animalia Medusæ. Ellis cor.*
t. 32. f. A. Donat. adriat.
t. 6. f. F.
Corallium tubulis stellato-lamellosis.

* Simplices: *Stella unica communi simplici.*

- Acetabulum. 17. M. stella orbiculari solitaria planiuscula, pedunculo filiformi.
Bauh pin. 367. Androsaces petrae innascens major f. minor
Tournef. inst. 569. t. 338. Acetabulum marinum.
Brown jam. 74. t. 40. f. A. Acetabulum caule simplici, cyatho striato.
Habitat in O. Europæo, Americano.
- Verruca. 18. M. stella orbiculari solitaria planiuscula sessili: disco cylindris strobiloso, ambitu radiato.
Ginann. adriat. 10 t. 4. f. 10. Fungus marinus.
Habitat in M. Mediterraneo.
Corallium magnitudine pisi dimidiati, sessile, planum, album; dum perfectum Disco ex tubis aggregatis, uti flos compositus, Ambituque striis exaratis more floris radiati; Media itaque inter Milleporas & Madreporas.
- turbinata. 19. M. simplicissima turbinata lævis, stella concava.
Amoen. acad. 1. p. 87. t. 84. f. I, II, III, IV, VII.
Brom. lith. t. 36, 38, 33, 32. Lang. figurat. 52. t. 12.
Fungitis major orbicularis gotlandicus.
Helw. lith. t. 5. f. 9, 10, 11, 13, 15, 17. Wolff. bass. t. 10. f. 3, 4. Columellus turbinatus.
Habitat in M. Balthico.
- Fungites. 20. M. simplex acaulis convexa, lamellis simplicibus.
Hort. cliff. 481. Madrepora simplex acaulis orbiculata convexa, lamellis denticulatis.
Bonæ. kirch. 268. t. 267. f. 17. Fungus petrificatus.
Rumph. amb. 6. p. 247. t. 88. f. 1, 4. Fungus saxeus.
Bauh. hist. 3. p. 801. f. 1, 2. Fungus lapideus.
Olear. mus. 74. t. 34. f. 2. Fungites IV.
Best. mus. t. 26. f. 3. Fungus marinus lapideus.

Clus. exot. 125. f. 1. Fungus lapidosus.

Boerb. lugdb. 1. p. 2. Fungus coralloides pileatus lamellatus.

Shaw. afr. 6. Fungus coralloides lamellatus maris rubri.

Habitat in Mari rubro.

Stella simplex centro concavo. Lamellæ acuta, inaequales, basin versus isthmis connexæ.

Pileus. 21. *M. simplex acaulis conglomerato-lamellosa, lamellis verrucosis.*

Rumph. amb. 6. p. 248. t. 88. f. 3. Fungus saxeus.

Habitat in O. Asiatico.

Stella composita ex stellis excavatis: Radiis palmatis centrum & peripheriam respicientibus. Radii alterni in stellulis altiores margine bifariam crenato, alterni humiliores angustiores.

Mæandrites. 22. *M. subsimplex acaulis, centris concatenatis, lamellis dentatis.*

Roy. lugdb. 525. Madrepora composita sinuosa, lamellis duplici serie integris.

Gvalt. test. t. 51. Mæandrites costis amplioribus acutis & rarioribus lamellis.

Pet. fil. 217. t. 20. f. 17. Corallium crispum.

Sloan jam. 1. p. 56. t. 18. f. 5. Fungus lapideus major undulatus.

Habitat in O. Americano.

Stella ex centris variis, copiosis, oblongis, confluentibus in canales labyrinthiformes. Centra non ex suturis, sed ex lamellis. Lamellæ non emarginatæ.

labyrinthi-formis. 23. *M. simplex acaulis, centro repando-labyrinthiformi, lamellis retusis.*

Hort. cliff. 481. Madrepora composita labyrinthiformis hemisphærica, lamellis duplicato ordine integris obtusis, sinibus æqualibus.

Pet. gaz. 7. t. 68. f. 1. Corallium album americanum.

Vallisn. ep. 1. t. 17.

Gvalt. test. t. 10. f. 29. Madrepora costis latis sinuosis & sulcatis.

Hill. plant. 2. Mycedium convexum gyris sulcatis.

Bocc. epist. 17. p. 141. Astroites undulatus major.

Olear. mus. 74. t. 34. f. 1. Astroites.

Best. mus. 83. t. 26. f. 1. Massa coralloides albicans, maris fluctus representans.

Habi-

Habitat in O. Americano.

Stella convexa. Sutura reptans, millefaria, humilior, e qua assurgit altior lamellis interjecta. Lamellæ parallele.

areolata. 24. *M. simplex acaulis: ambulacris pinnatis, pulvillis angustis truncatis*

Pet. fil. 216. t. 20. f. 16.

Rumph. amb. 6. p. 244. t. 87. f. 1.

Olear. mus. t. 34 f. 4.

Clus. exot. 125. Fungus faxeus minor.

Habitat in O. Asiatico.

Discus convexus: Ambulacris profundis latissimis pinnatis inaequalibus; Pulvillis elevatis angustis compressis truncatis.

* * *Compositæ: Stella e plurimis composita.*

punctata. 25. *M. composita acaulis, punctis stellatibus confertis.*

Habitat in Oceano Europæo.

Lapis rotundatus albus friabilis. Puncta conferta parva inaequalia, singula poris 10 f. 12 pertusis conflata.

Agarici-tes. o. *M. composita acaulis sulcata, sulcis carinatis, stellis concatenatis.*

Habitat in O. Indico.

Lapis constans lamellis variis divergentibus semiorbiculatis, exaratis utrinque sulcis plurimis repandis: Fundo stellis concatenatis.

truncata. 26. *M. composita, corporibus proliferis disci pluribus margine coadunatis, stellis truncatis: centro cylindrico-concavis. Amœn. acad. 1. p. 93. t. 4. f. X: 3. XVIII.*

Habitat . . fossilis.

stellaris. 27. *M. composita, corporibus proliferis centralibus solitariis, stellis margine dilatato-coadunatis. Amœn. acad. 1. p. 94. t. 4. f. XI. 4.*

Habitat . .

